

الى مَعْلَمِهِ


الاستاذ الامام ، العلامة الهمام ، الذى علمنا علوم الاسلام ،
وكذل ذوى الفنون الكرام ، الى اَحْمَالِ تَمَرَاتِهِ يُشِيرُونَ ، والى
مُخِيلَاتِ سَمَائِهِ يَنْظُرُونَ ، احدِ اَعْيَانِ عَصْرِنَا ، وَاَرَافِحِ اَعْلَامِ
دَهْرِنَا ،

هَنْدَرِكًا اَنْجَلِينِسَ بِنِ وَيَسَ

اَهْدَى الْمَوْلَفُ

هذا الكتاب

هَدِيَّةً مِنْ قَلْبِ بَرِيرٍ ، مِنْ نَارِ الْهَيْبَةِ حَرِيرٍ ، اَوْقَدَهَا مِنْ
مَحَاسِنِكَ مَا لَا يُحْصِيهِ الْكَلَامُ ، وَتَقْصُرُ عَنْ اسْتِقْصَائِهِ بَنَاتُ
الْاَقْلَامِ ، فَاِنَّ كَثْرَةَ الشُّكْرِانِ عَلَى اِطْلَاقِ اللِّسَانِ تَبَعْتُنِي ،
وَبِوُجُوبِ الْاِمْعَانِ فِي الثَّنَاءِ تُحَدِّثُنِي ، وَلَكِنْ كَفَّنِي عَنْهُ



إلى معلميه

الاستاذ الامام ، العلامة الهمام ، الذى علماء علوم الإسلام ،
وكُلُّ ذوى الفنون الكرام ، الى اَحْمَالِ تَمَرَاتِهِ يُشِيرُونَ ، والى
مَخِيلَاتِ سَمَائِهِ يَنْظُرُونَ ، احدِ اَعْيَانِ عَصْرِنَا ، وَاَرَافِعِ اَعْلَامِ
دَهْرِنَا ،


هَنْدَرِكًا اَنْجَلِينَسَ بْنَ وِيَسَ

اَهْدَى الْمَوْلَفَ

هَذَا الْكِتَابَ

هَدِيَّةً مِنْ قَلْبِ بَرِيرٍ ، مِنْ نَارِ الْهَيْبَةِ حَرِيرٍ ، اَوْقَدَهَا مِنْ
مَحَاسِنِكَ مَا لَا يُحْصِيهِ الْكَلَامُ ، وَتَقْصُرُ عَنْ اسْتِقْصَائِهِ بَنَاتُ
الْاَقْلَامِ ، فَاِنَّ كَثْرَةَ الشُّكْرِانِ عَلَى اِطْلَاقِ اللِّسَانِ تَبَعْتُنِي ،
وَبِوَجُوبِ الْاَمْعَانِ فِي الثَّنَاءِ تُحَدِّثُنِي ، وَلَكِنْ كَفَّنِي عَنْهُ

استقصار الباع فكيفت ، وعاقلي معلوم وقارك فعفت ،
فما في ابلاغ الثناء للمحاسن مكافاته ، انها على من تعم
جميع البرايا بركاته ، كفاك من له الجبروت
شرا ، ولا لقيت طول العمر ضرا ، فأوجب
احسانك في دار الفنا ، حسن
الثواب في دار البقا



Prolegomena.

Studiis Theologiae destinatus, simulatque in numerum civium Academiae Leïdensis, illustrissimae doctrinarum sedis, adscriptus essem, praecipuam operam in eâ disciplinae Theologicae parte posui, quae literas Hebraeas cum cognatis dialectis amplectitur. Hinc enim virorum gravissimorum consilia juveni mihi imperito doctiorumque auxilio indigenti constanter ante oculos ponebant insigne momentum, in accuratâ sermonum Semiticorum cognitione futuro Theologo situm; illinc vero etiam meum ipsius ingenium, linguarum addiscendarum facilitate quadam et magnâ cupidine praeditum, ad idem me propositum impellebat. Quumque praeterea celeberrimi isti duumviri, quorum scholae mihi adeundae erant, Palmius et Hamakerus, suo uterque modo, istum adhuc languidum ardorem incitare et inflammare non dedignati sint, non mirum me hisce studiis ita incubuisse, ut quantum temporis aliis disciplinis sine damno detrahi posset, iis impenderetur. At vero non eae sunt linguae illae, ut facili negotio addiscantur: adeo enim Semiticorum sermonum ingenium ab Occidentalium discrepat, tantumque differt Orientalium cogitandi ratio a nostrâ, ut multo stet tempore et labore, velut e nostrâ mente in illorum transire et sicut illi sentiant sentire, ut plene perfecteque quae dicant scribantque intelligamus. Hac de causâ, quum dialectum Hebraeam futuro Theologo proximam gravissimique momenti ducerem, neque alias disciplinae meae partes negligi debere existimarem, primis studiorum meorum annis literas Hebraeas fere solas colui, tantâ tamen reliquis quoque dialectis operâ impensâ, ut non prorsus in iis hospes evaderem. Tandem Cl. Weijersio, viro laude dignissimo, egregie jam de literis Orientalibus merito pluraque etiam a se speranda portendenti, earum in hac Academiâ docendarum munere mandato, scholas ejus Arabicas et Syriacas diligenter frequentare coepi: qui, quâ est blandâ comitate, colloquiis familiaribus et amiceis constanter me incitavit, ut in linguam Arabicam, utpote dialectorum Semiticarum

▲

longe fertilissimam et quae colatur dignissimam, toto pectore incumberem; et simulac comperisset, me suâ institutione tantum esse proVectum, ut ad librorum manuscriptorum lectionem non sine omni fructu accedere possem, in manus mihi tradidit libellum *Sojouti*, cui titulus est *طبقات المفسرين* (i. e. *Classes diversae Interpretum Korani*), complectentem breviter delineatas vitas hominum cujusque aetatis, quos nomine *Korani Interpretum* dignos existimasset auctor. Suasit mihi porro Vir Cl., ut illud opusculum pro specimine meorum in literis Semiticis progressuum sumerem, idque ederem et pro viribus meis annotatione explicarem. Hac in re suadenti ut morem gererem, complura profecto urgebant. Primum enim nihil, ut universarum literarum, ita etiam Semiticarum studioso utilius est, quam ut certam aliquam partem sibi sumat, cui tractandae prae reliquis operam impendat, et quam ut maxime possit accurate elaboret. Sic enim firmæ et constanti studiorum rationi assuefimus, videmusque et solvere conamur difficultates et nodos, quos alioquin aut non observamus, aut non curantes praetermittimus: sic evolvendi quoque sunt multi libri manuscripti, alio literarum ductu exarati, aliud dicendi genus offerentes, aetate, patriâ, dialecto, saepe valde inter se discrepantes. — Deinde libellum, ad tractandum mihi propositum, exiguae molis esse videbam, atque argumentum ejus et dicendi genus, nempe prosaicum fere totum et facile, meis viribus accommodatum fore sperabam. — Porro non prorsus ingratum eruditus me facturum putabam edendo isto codice nostro, qui, quantum novimus, unicum est in Bibliothecis Europaeis illius libelli exemplum, et vero dignissimus qui publici juris fiat. Igitur ad opus me accinxi: quod praestare potui, praestiti: difficultates, hic illic non exiguo numero obvias, quantum pervires liceret, solvi, consiliis usus auxilioque Cl. Weijersii, doctoris carissimi, roganti mihi aut in nodis enucleandis, aut in fontibus indicandis, magnâ cum benevolentia semper morem gerentis. Si qui vero loci sint, quos mihi, post accuratissimam considerationem intentissimumque laborem, nondum tamen omni ex parte explicare contigerit, hos doctioribus felicioribusque jam expediendos relinquo, probe mihi conscius, si viris doctis magis momenti quid praestitisse dici nequeam, me tamen ipsum ex labore meo non medio-crem utilitatem percepisse.

Ut autem justo ordine progrediar, primum mihi nonnulla dicenda videntur de opusculi auctore. Agemus igitur in prolegomenorum

§. I

De Sojoutio, editi libelli auctore.

Djalâloddin Abdorrahmân *as-Sojouti*, ut vulgo dicitur, sive potius *al-Osjouti*, aut *Ibno-l-Osjouti*, ortum duxit ex superioris Aegypti urbe perantiquâ *Sojout*, sive *Osjout*,

in Occidentali Nili ripa circiter ad 27° latitudinis sita. Patrem habuit Abou-Becrum al-Osjoutī, qui doctoris munere fungebatur in scholā Schaikhounianā. Ubicunque literae Arabicae coluntur, notissimum est nomen Sojoutii tanquam auctoris sui aevi doctissimi fertilissimique; non autem ejus vita, fata, scriptorumque immensus numerus aequae nota sunt. Post ea quae Herbelot. in *Bibliothèque Orientale*, v. *Sojoutki*, Casirius passim in *Biblioth. Arab.—Hisp. Escorial.*, Koehlerus in *Eichornii Repertor. für Bibl. u. Morgenländ. Litter.*, l. 78—82, et de Rossi in *Dizionario Storico degli Autori Arabi*, v. *Sojuti* (p. 176—180), annotaverunt, primus, quantum scio, Flugelius in *Wiener Jahrbücher* A. 1832 Vol. 58, 59, 60, accuratiorem vitae scriptorumque Sojoutii notitiam nobis impertire conatus est (*). Summatim ibi in linguam Germanicam vertit Vir Cl. eam partem operis Sojoutii *حسن المحاضرة في اخبار مصر والقاهرة* (i. e. *pulchra conversationis materia de rebus Misri et Kāhirae*), in qua auctor suam ipsius vitam tradit maximamque operum suorum partem enumerat. Postea certior factus sum, idem argumentum fere eodem tempore tractatum esse a Viro Doctissimo Car. Joh. Tornbergio, et Upsalae in lucem esse editum; at frustra conatus sum, hoc opusculum mihi comparare, quo egregie me uti posse hoc in argumento sperabam. Quum vero partes mihi incumbere sentiam, omnia quae dare possim ad Sojoutium spectantia, absolvendi et pro viribus quam accuratissime tractandi; quumque Flugelius textum Arabicum ipsum non dederit, eumque tantum summatim, nec ubique recte, verterit, atque praeterea opus illud periodicum, quo ista versio continetur, cuique ad manus non sit, illud lectoribus me debere duxi, ut ipsum textum Arabicum ex *Hasno-l-mohādharā*, qualem nostri Codices eum offerant, hīc in lucem edam Latinamque versionem adjiciam. Codices, quibus utar, ad manus mihi sunt duo, uterque Bibliothecae nostrae Leidensis et inscripti N°. 376 et N°. 113. Codex 376 scriptus est manu satis nitida et distincta, multis tamen erroribus laborat, istius naturae ut apparere videatur librarium linguae Arabicae eruditae ignarum fuisse. E contrario Codex 113 manu minus nitida et distincta, at vero multo accuratius est exaratus. Omnia igitur sumta sunt e Codice 113, adhibito Cod. 376 fere solum ad lectionem faciliorem reddendam, quum variantes lectiones, quas praebet, e librarii scilicet ignorantia magna pro parte ortae, plerumque nullius sint pretii. Ubi tamen ad emendandum textum Codicis 113 facerent aut saltem animadver-

(*) Nuperrime etiam nonnulla de eodem in medio posuit Doctissimus Anglus, James Reynolds, in Praefat. ad Anglicam suam versionem libri (quem falso nostri esse Sojoutii putavit) *اتكاف الاخصا بفصائل المسجد الاقصى*, quam versionem edidit Societas Britannica convertendis operibus Orientalibus, Lond. 1836, 8°. — Itidemque conf. quae breviter annotavit J. J. Marcel in *Histoire de l'Egypte depuis la conquête des Arabes jusqu'à celle des Français* (Paris, 1834, 8°.) Avis prélim. p. XIX XX.

sione dignae viderentur, easdem ut oportet in usum meum converti et lectorem de his certiore reddidi.

Accipe nunc locum ex *Hosno-l-mohādhara* Sejoutii vitam offerentem: exstat autem in capite inscripto ذكر ما كان بصر من الائمة المجتهدين *Commemoratio omnium qui Misri fuerunt Imāmorum, qui peculiaribus de lege placitis se insigniverunt, cujus in capitis fine reliquis, de quibus egerat, Imāmis semet ipsum subjunxit, et hoc modo suam ipse vitam descripsit:*

مَوْلَفْ هَذَا الْكُتَابِ

ابو الفضل عبد الرحمن بن الكمال ابي بكر بن ناصر الدين محمد بن سابق الدين ابي بكر بن الفخر عثمان بن ناصر الدين محمد بن سيف الدين خضر بن نجم الدين ابي الصلاح ايوب بن ناصر الدين محمد بن الشيخ همام الدين ^a الخُصَيْرِي الاسيوطي واما ذكرت ترجمتي في هذا الكتاب اقتداءً بالمحدثين فقد ان آلف احد منهم تاريخاً الا وذكر ترجمته فيه ومن وقع له ذلك الامام عبد الغافر الفارسي في تاريخ نيسابور وياقوت الحموي في معجم الادباء ولسان الدين بن الخطيب في تاريخ غرناطة والحافظ تقي الدين الفاسي ^b في تاريخ مكة والحافظ ابو الفضل بن حجر في قضاة مصر وابوشامة في المروضتين وهو اورعهم وازهدهم فاقول اما جدي الاعلى همام الدين فكان من اهل الحقيقة ومن مشايخ الطريف ^c وسياتي ذكره في قسم الصوفية ومن دونه كانوا من اهل الواجهة والرئاسة منهم من ولي الحكم ببلده ومنهم من ولي الحسبة بيا ومنهم من كان في صحبة الامير شيخو وبنى مدرسة بسبوط ووقف عليها اوقافاً ومنهم من كان تاجراً متمولاً ولا اعرف منهم من خدم العلم حق الخدمة الا والدي وسياتي ذكره في قسم الفقهاء الشافعية واما نسبتنا الخُصَيْرِي فلا اعلم ما يكون اليه هذه النسبة الا الخُصَيْرِيَّة محلّة ببغداد وقد حدثني من ائف به انه سمع والدي رحمه الله يذكر ان جده الاعلى كان اعجبياً او من الشرق فانظروا ان النسبة الى المحلّة المذكورة وكان مولدي بعد المغرب ليلة الاحد مستهل رجب سنة تسع واربعين وثمانمائة وحملت في حياة والدي الى الشيخ محمد الماجذوب رجل كان من كبار الاولياء بجوار المشهد النفيسي فبرك عليّ ونشأت يتيماً

^a) Cod. 113 hīc etiam addit الهملم.

^c) In Cod. 376 legitur الطريقة.

^b) Cod. uterque perperam habet الفارسي.

فحفظت القرآن ولى دون ثمانى سنين ثم حفظت العمدة ومنهاج الفقه والاصول والفية ابن مالك وشرعت فى الاشتغال بالعلم من مستهل سنة اربع وستين فاخذت الفقه والنحو عن جماعة من الشيوخ واخذت الفرائض عن العلامة قرصى زمانه الشيخ شهاب الدين الشارمساحى الذى كان يقول انه بلغ السن العالية وجاوز المائة بكثير والله اعلم بذلك قرأت عليه فى شرحه على المجموع وأجزت بتدريس العربية فى مستهل سنة ست وستين وقد ألفت فى هذه السنة فكان اول شىء الفقه شرح الاستعانة والبسمة ووقفت عليه شيخنا شيخ الاسلام علم الدين البلقينى فكتب لى عليه تقریظا ولازمته فى الفقه الى ان مات فقرأت عليه من اول التدريب لوالده الى الوكالة وسمعت عليه من اول الحاوى الصغير الى العبد ومن اول المنهاج الى الزكاة ومن اول التنبيه الى قريب من الزكاة وقطعة من الروضة من باب القضاء وقطعة من تكملة شرح المنهاج للزرکشى من احياء الموات الى الوصايا او نحوها واجازنى بالتدريس والافتاء فى سنة سبع وستين وحضر تصديرى فلما توفى سنة ثمان وستين لزمته شيخ الاسلام شرف الدين المناوى فقرأت عليه قطعة من المنهاج وسمعت عليه فى التقسيم الآ مجالس فاتتنى وسمعت عليه دروسا من شرح البهجة ومن حاشيته عليها ومن تفسير البيضاوى ولزمته فى الحديث والعربية شيخنا الامام العلامة تقى الدين الشمى الكنى فواظبته اربع سنين وكتب لى تقریظا على شرح الفية ابن مالك وعلى جمع الجوامع فى العربية تالیفى وشهد لى غير مرة بالتقدم فى العلوم بلسانه وبنانه ورجع الى قولى ماجردا فى حديث فانه اورد فى حاشيته على الشفاء حديث ابى الحرة فى الاسراء وعزاه الى تخريج ابن ماجة فأحتججت الى ايراده بسنده فكشفت ابن ماجة فى مظنته فلم اجده فمررت على الكتاب كله فلم اجده فاتهمت نظرى فمررت عليه مرة ثانية فلم اجده فعدت ثالثة فلم اجده ورايته فى معجم الصحابة لابن قانع فاجئت الى الشيخ واخبرته فبماجرى ما سمع منى ذلك اخذ نسخته واخذ القلم فضرب على لفظ ابن ماجة والحق ابن قانع فى الحاشية فاعظمت ذلك وهبته لعظم منزلة الشيخ فى قلبى واحتقارى فى نفسى فقلت الا تصبرون لعلمكم تراجعون فقال لا انما قلدت فى قولى ابن ماجة البرهان ٥

د) Cod. 376 habet ابنى الحمرأ. e) Cod. 113 offert ثالثا. f) Cod. 376 habet نافع.

g) Cod. 113 habet البرهانى، quod plane eodem redit, quum ista quoque abbreviatio pro برهان non raro occurrat. Vid. Sacy, *Chrest. Arab.* Tom. I. p. 30 edit. 2dae.

الكلبي ولم انفك عن الشيخ الى ان مات ولزمت شيخنا العلامة استناد الوجود محيي الدين الكافيجي اربع عشرة سنة فاخذت عنه الفنون من التفسير والاصول والعربية والمعاني وغير ذلك وكتب لى اجازة عظيمة وحضرت عند الشيخ سيف الدين الكنفي درسا عديدا في الكشاف والنوحيات وحاشيته عليه وتلخيص المفتاح والعصدة^ا وشرعت في التصنيف من سنة ست وستين وبلغت مؤلفاتي الى الان ثلاثمائة كتاب سوى ما غسلته ورجعت هذه ودخلت بحمد الله الى بلاد الشام والروم والحجاز واليمن والهند والمغرب والتكوير ولما حاجبت شربت ماء زمزم لامور منها ان اصل في الفقه الى رتبة الشيخ سراج الدين البلقيني وفي الحديث الى رتبة الحافظ ابن حجر واقنيت من مستهل سنة احدى وسبعين وعقدت مجلس املاء الحديث من مستهل سنة اثنتين وسبعين ورزقت التبخر في علوم التفسير والحديث والفقه والنحو والمعاني والبيان والبديع على طريقتي العرب والبلغاء لا على طريقتي العجم واهل الفلسفة والذي اعتقده ان الذي وصلت اليه من هذه العلوم السنة سوى الفقه والنحو التي اطلمت عليها فيها لم يصل اليه ولا وقف عليها^ب احد من اشياخي فضلا عن هو دونيها واما الفقه فلا اقول ذلك فيه بل شيخي فيه اوسع نظرا واطول باعا ودون هذه السبعة في المعرفة اصول الفقه والجدل والتصريف ودونها الانشاء والترسل^ج والفرائض ودونها القراءات ولم اخذها عن شيخ ودونها الطب واما الحساب فاعسر شيء علي وابعده عن ذهني واذا نظرت في مسألة تتعلق به فكانما احاول جبلا احملة وقد كملت عندي الان الات الاجتهاد بحمد الله اقول ذلك تحدثنا بنعمة الله لا فخرا^د واتى شيء الدنيا حتى يُطلب تحصيلها بالفخر وقد ارف الرحيل وبدا الشيب وذهب اطيب العمر ولو شيت ان اكتب في كل مسألة مصنفا باقوالها وادلتها النقلية والقياسية ومداركها ونقوضها واجوبتها والموازنة بين^ه اختلاف المذاهب فيها لقدرت على ذلك من فضل الله ومنه لا بحولي ولا بقوتي فلا حول ولا قوة الا بالله العلي العظيم ما شاء الله لا قوة الا بالله^و وقد كنت في مبادئ الطلب قرأت شيئا في علم المنطق ثم القى الله كراهته في قلبي وسمعت ان ابن

ا) Cod. 376 loco العصدة offert المقصد.

ب) Cod. 376 addit سبعة.

ج) Sic, credo,

legendum est. Codex uterque offert عليه.

د) In Cod. 113 hoc vocabulum deest. In

Cod. 376 legitur والرسول, quod conjeci in والترسل mutandum esse.

ه) In Cod. 113

male est فخر.

و) Loco بين, in Cod. 113 male est من.

للصلاح افتى بتحريمه فتركته لذلك فعوضنى الله منه • علم الحديث الذى هو اشرف العلوم
واما مشائخى فى الرواية سماعا واجازة فكثير اوردتهم فى المعجم الذى جمعتهم فيه وعدتهم
نحو مائة وخمسين ولم اكثر من سماع الرواية لاشتغالى بما هو اهم وهو قراءة الدراية ^p

وهذه اسماء مصنفاتى فى التفسير وتعلقاته والقراءات

الاتقان فى علوم القرآن، الدر المنثور فى التفسير المأثور، ترجمان القرآن فى التفسير
المسند، اسرار التنزيل يسمى قطف الازهار فى كشف الاسرار، لباب النقول فى اسباب النزول،
مفحات الاقران فى مبهمات القرآن، المهذب فيما وقع فى القرآن من المعرب، الاكيل فى
استنباط التنزيل، تكملة تفسير الشيخ جلال الدين المحلى، التخبير فى علوم التفسير حاشية
على تفسير البيضاوى، تناسف الدرر فى تناسب السور، مرصد المطالع فى تناسب المقاطع
والمطالع، مجمع البحرين ومطلع البدرين فى التفسير، مفاتيح الغيب فى التفسير، الازهار
الفاتحة على الفاتحة، شرح الاستعاذة والبسلة، الكلام على اول الفتح وهو تصدير آيئته
لما باشرت التدريس بجامعة شيخوخة بحضرة شيخنا البلقينى، شرح الشاطبية ^q، اللفية فى
القراءات العشر، حمائل الزهر فى فضائل السور، فتح الجليل للبعد الذليل فى انواع
البديعية • المستخرجة من قوله تعالى الله ولى الذين امنوا الآية • وعدتها مائة وعشرون
نوعا، القول الفصيح فى تعيين الذبيح، اليد البسطى فى الصلاة الوسطى، معترك الاقران
فى مشترك القرآن،

فى الحديث وتعلقاته

كشف المغطا فى شرح الموطأ، اسعاف المبطا برجال الموطأ، التوشيح على الجامع

o) In Cod. 376 est عنه. p) Cod. 376 habet الرواية. q) Pro nostro فى التفسير
Flugelius, qui in *Wiener Jahrbücher* sub No. 486 illud opusculum affert, in suis Codd. legit
فيه, quod librarius brevitati studens pro التفسير فى quibus verbis quoque antecedentis
libri titulus clauditur, supposuit. Quod non animadvertens Vir Cl. erroneam prorsus inter-
pretationem horum verborum in medio protulit. r) De الشاطبية vid. *Notic. et Extr.* T. VIII
p. 334 seqq., et Hadji-Khalifa in v. حرز الامانى ووجه الخ. Vita as-Schatibii invenitur
apud Ibn-Khallicanum No. 548. Conf. etiam Herbelot. in v. *Schatebi*. s) In Cod. 113 male est
انواع ابديعية. t) Haec verba Koranica a Flugelio perverse adducta et versa sunt,
sub No. 357.

الصحيح، الديباج على صحيح مسلم بن الحجاج، مرقاة الصعود الى سنن ابي داود، شرح ابن ماجه، تدريب الراوى فى شرح تقريب النواوى، شرح الفية العراقى، الالفية وتسمى نظم الدرر فى علوم * الاثر، شرحها يسمى قطر الدرر، التذنيب فى الرواية * على التقريب، عين الاصابة فى معرفة الصحابة، كشف التلبيس عن قلب اهل التندليس، توضيح المدرک فى تصحيح المستدرک، اللالى المصنوعة فى الاحاديث الموضوعية، النكت البديعات على الموضوعات، الذيل المهد على القول المسدد، انقول الحسن فى الدب عن * السنن، لب اللباب فى تحرير الانساب، تقريب الغريب، المدرج الى المدرج، تذكرة المؤتسى بمن حدث ونسى، تحفة النابه بتلخيص المتشابه، الروض المكلل والورد المعلل فى المصطلح، منتهى الامال فى شرح حديث انما الاعمال، المعجزات والخصائص النبوية، شرح انصودر بشرح حال الموتى * والقبور، البدر السافرة عن امور الآخرة، ما رواه الواعون فى اخبار انطاعون، فصل موت الاولاد، خصائص يوم الجمعة، منياج السنة ومفتاح الجنة، تمهيد الغرش فى الخصال الموجبة لظلم العرش، بزوغ الابلال فى الخصال الموجبة للظلال، مفتاح الجنة فى الاعتصام بالسنة، مطلع البدرين فىمن يوتى اجرين، سهام الاصابة فى الدعوات المجابة، انكلم الطيب والقول المختار فى الماثور من الدعوات والاذكار، اذكار الذاكر، الطب النبوى، كشف الصلصلة * عن وصف الزلزلة، الفوائد الكامنة فى ائمان السيدة امنة ويسمى ايضا التعتظيم والمنة فى ان ابوى النبى صلى الله عليه وسلم فى الجنة، المسلسلات الكبرى، جيات المسلسلات، ابواب السعادة فى اسباب الشهادة، اخبار الملائكة، الثغور الباسمة فى مناقب السيدة * فاطمة، مناغل الصفا فى تخريج احاديث الشفا، الاساس فى مناقب بنى العباس، در الصحابة فىمن دخل مصر من الصحابة، زوائد شعب الائمى للبيهقى، لم الاطراف وضم الاطراف، اطراف الاشراف بالاشراف على الاطراف، جامع المسانيد، الفوائد المتكاثرة فى الاخبار المتواترة، الازهار المتناثرة فى الاخبار المتواترة، تخريج احاديث صحاح الجوهري يسمى فلف الصباح، الامالى، ذم المكس، اداب الملوك، تخريج احاديث الدرّة الفاخرة، تخريج احاديث

u) In Cod. 376 est علم.

v) In Cod. 376 est الزوائد.

w) Cod. 376 على.

x) Cod. 113 male habet الموت.

y) Loco versionis Flügelianae sub No. 412, potius

verterem: » Remotio luti, sive faecis, etc.

z) Deest haec vox in Cod. 113.

الكفاية يسمى تجريد العناية، الحصر والاشاعة. لاشراط الساعة، الدرر المنتثرة في الاحاديث
المشتهرة، زوائد الرجال على تهذيب الكمال، الدر المنظم في الاسم الاعظم، جزء في الصلاة
على النبي صلى الله عليه وسلم، من عاش في ٥٥ الصحابة مائة وعشرين، جزء في اسماء
المدلسين، اللع في اسماء من وضع، الاربعون المتباينة، درر البحار في الاحاديث القصار،
الرياض الانيقة في شرح اسماء خير الخليقة، المرقاة العلية في شرح الاسماء النبوية، الاية
الكبرى في شرح قصة الاسراء، اربعون حديثا من رواية مالك عن نافع عن ابن عمر، فهرست
المرويات، بغية الرائد في الذيل على منجم الزوائد، ازهار الاكام ٥٥ في اخبار الاحكام،
الهيئة السنية في الهيئة السنية، تخريج احاديث شرح العقائد، فضل الجدة ٥٥، الكلام على
حديث ابن عباس احفظ الله يحفظك وهو تصدير القيتنه لما وليت درس الحديث
بالشيخونية، اربعون حديثا في فضل الجهاد، اربعون حديثا في ورقة، رفع اليدين في
الدعاء، التعريف باداب التأليف، العشاريات، القول الاشبه في حديث من عرف نفسه فقد
عرف ربه، كشف النقاب عن اللقب، نشر العبير في تخريج احاديث الشرح الكبير، من
وافقت كنيته كنية روجه من الصحابة، ثم زيارة الامراء، زوائد نوادر الامول للحكيم
الترمذي.

في ٥٥ الفقه وتعلقاته

الازهار الغضة في حواشي الروضة، الحواشي الصغرى، مختصر الروضة يسمى الغنية، مختصر
التنبيه يسمى الوافي، شرح التنبيه، الاشباه والنظائر، اللوامع والبوارق في الجوامع والفوارق،
نظم الروضة يسمى الخلاصة، شرحه يسمى رفع الخصاصة، الورقات المقدمة، شرح الروض،
حاشية على القطعة للاستوى، العذب السلسل في تصحيح الخلاف المرسل، جمع الجوامع،
الينبوع فيما زاد على الروضة من الفروع، مختصر الخادم يسمى تحصين الخادم، تشنيف
الاسماع بمسائل الاجماع، شرح التدريب، الكافي في زوائد المهذب على الوافي، الجامع في
الفرائض، شرح الرحبية في الفرائض، مختصر الاحكام السلطانية للماوردي،

aa) Cod. 376 loco من habet في .
duo verba in Cod. 113. In Cod. 376 legitur فصل الحدة
Cod. 376 ubique habet في , etiam supra in p. 7 vs. 2 a f.

bb) Cod. 376 الاكام.

cc) Sic leguntur haec

dd) Pro hocce في

الاجزاء المفردة في مسائل مخصوصة على ترتيب الابواب

الظفر بقلم الظفر، الاقتناص في مسئلة النماص، المستظرفة في احكام دخول العسفة، السلالة في تحقيق المقتر والاستحالة، الروض الاريص في طهر المحيض، مدخل المساجد لسؤال المساجد، الجواب الجزم عن حديث التكبير جزم، القذائة في تحقيق محل الاستعانة، ميزان المعدلة في شأن البسلة، جزء في صلاة الصحن، المصاييح في صلاة التراويح، بسط الكف في اتمام الصف، اللعة في تحقيق الركعة لادراك الجمعة، وصول الامانى باصول التهاني، بلغة المحتاج في مناسك الحاج، السلاف في التفصيل بين الصلاة والطواف، شد الابواب في سد الابواب في المسجد النبوي، قطع المجادلة عند تغيير المعاملة، ازالة الوهن عن مسئلة الرهن، بذل الهمة في طلب براءة الذمة، الانصاف في تمييز الاوقاف، تنبيه الواقف على شرط الواقف، انموذج اللبيب في خصائص اللبيب، الزهر الباسم فيما يزوج فيه الحاكم، القول المصفي في الحنث في المصفي، القول المشرق في تحريم الاشتغال بالمنطق، فصل الكلام 88 في نم الكلام، تجزيل المواهب في اختلاف المذاهب، تقرير الاستناد في تيسير الاجتهاد، رفع منار الدين وهدم بناء المفسدين، تنزيه الانبياء عن تسفية الاغبياء، نم القضاء، فصل الكلام في حكم السلام، نتيحة الفكر في الجهر بالذكر، طى اللسان عن نم الطيلسان، تنوير الحلك في امكان رواية النبي والملك، ادب الفتيا، الغام الحجر لمن زكى ساب ابي بكر وعمر، الجواب الحاتم عن سؤال الخاتم، الخراج المبينة في التفصيل بين مكة والمدينة، فتح المغالط من انت تالف، فصل الخطاب في قتل الكلاب، سيف النطار في الفرق بين الثبوت والتكرار

في العربية وتعلقاته

شرح الفية ابن مالك تسمى البهجة الرضية 88، الالفية تسمى الفريدة في النحو والتصريف والخط، النكت على الالفية، والكافية، والشافية، والشذور، والنزهة، الفتح القريب على معنى اللبيب، شرح شواهد المغنى، جمع الجوامع، شرحه يسمى همع الهوامع، شرح

ee) In Cod. 376 est المنفردة.

ff) Sic in utroque Cod. nostro hujus libelli titulus offertur (male quidem, ut puto): tantum in Cod. 376 ultimum vocabulum المصبي scriptum est.

gg) Cod. 376 الاحكام

hh) Cod. 376 habet المرضية.

الملاحنة، مختصر الملاحنة، مختصر الالفية، دقائقها، الاخبار المروية في سبب وضع العربية،
المصاعد العلية في القواعد النحوية، الاقتراح في اصول النحو وجدله، رفع السنة في نصب
الرفعة، الشمعة المضية، شرح كافية ابن مالك، در التاج في اعراب مشكل المهراج، مسألة
ضروى زيدا قائما، السلسلة الموشحة، الشهد، شذا العرف في اثبات المعنى للحرف،
التوشيح على التوضيح، السيف الصقيل في حواشى ابن عقيل، حاشية على شرح الشذور،
شرح القصيد الكافية في التصريف، قطر النداء في ورود الهنزة للنداء، شرح تصريف العزى،
شرح ضرورى التصريف لابن مالك، تعريف الاعجم بعروف المعجم، نكت على شرح الشواهد
للمعنى، فخر الهد في اعراب العمل العند، الزند النورى في الجواب عن السؤل
الاسكندرى

في الاصول والبيان

الكوكب الساطع في نظم جمع الجوامع، شرحه، شرح لغة الاشراف في الاسعاف، شرح
الكوكب الوقاد في الاعتقاد، نكت على التلخيص يسمى الافصح، عقود الجمان في المعانى
والبيان، شرحه، شرح ابيات تلخيص المفتاح، مختصرة، نكت على حاشية المطول لابن
الغفرى رحمه الله، حاشية على المختصر، البديعية، شرحها، الجمع والتفريق في الانواع
البديعية k، تايدد الحقيقة العلية وتشبيد الطريقة الشاذلية، تشبيد الاركان من ليس في
الامكان ابلغ مما كان، درج المعالى في نصره الغزالي على المنكر المتعالى، للخبر الدال على
وجود القطب والوتاد والنجباء والابدال، مختصر الاحياء، المعانى الدقيقة في ادراك الحقيقة،
النفاية في اربعة عشر علما، شرحها، شوارذ الفوايد، قلائد الفوايد، نظم التذكرة k.

في التاريخ والادب

تاريخ الصحابة وقد مر ذكره، طبقات الحفاظ، طبقات النحاة الكبرى، والوسطى، والصغرى،
طبقات المفسرين mm، طبقات الاموليين، طبقات الكتاب، حلبة الاولياء، طبقات شعراء العرب،
تاريخ الخلفاء، تاريخ مصر هذا، تاريخ سيوط، معجم شيوخى الكبير يسمى حاطب ليل وحارف

ii) Addit Cod. 376. والتصوف 376. ويسمى الفلك المشحون.

kk) Cod. 376. الانواع البديعية.

ll) Addit Cod. 376.

mm) De est hoc opusculum in Cod. 376.

الاجزاء المفردة في مسائل مخصوصة على ترتيب الابواب

الظفر بقلم الظفر، الاقتناص في مسئلة النماص، المستظرفة في احكام دخول العسفة،
 السلالة في تحقيق المقتر والاستحالة، الروص الاريض في طهر المكبص، مذل العسجد
 لسؤال المسجد، الجواب الجزم عن حديث التكبير جزم، القذاذة في تحقيق محل
 الاستعانة، ميزان المعدلة في شأن البسلة، جزء في صلاة الصبح، المصاييح في صلاة
 التراويح، بسط الكف في اتمام الصف، اللمعة في تحقيق الركعة لادراك الجمعية، وصول
 الامانى باصول التهاني، بلغة المحتاج في مناسك الحاج، السلاف في التفصيل بين الصلاة
 والطواف، شد الاثواب في سد الابواب في المسجد النبوي، قطع المجادلة عند تغيير
 المعاملة، ازالة الوهن عن مسئلة الرهن، بذل الهمة في طلب براءة الذمة، الانصاف في تمييز
 الاوقاف، تنبيه الواقف على شرط الواقف، انموذج اللبيب في خصائص الحبيب، الزهر الباسم
 فيما يزوج فيه الحاكم، القول المصفي في الحنث في المصفي، القول المشرف في تحريم
 الاشتغال بالمنطق، فصل الكلام 88 في نم الكلام، تجزيل المواهب في اختلاف المذاهب،
 تقرير الاستناد في تيسير الاجتهاد، رفع منار الدين وهدم بناء المفسدين، تنزيه الانبياء عن
 نسفية الاغبياء، نم القضاء، فصل الكلام في حكم السلام، نتيجة الفکر في الجهر بالذكر،
 طى اللسان عن نم الطيلسان، تنوير الحلک في امکان رواية النبي والملك، ادب الفتيا،
 الغام الحجر لمن زكى ساب ابي بكر وحمز، الجواب الحكيم عن سؤال الخاتم، الخاتج
 المبينة في التفصيل بين مكة والمدينة، فتح المغالط من انت تالف، فصل الخطاب في
 قتل الكلاب، سيف النظار في الفرق بين الثبوت والتكرار،

في العربية وتعلقاته

شرح الفية ابن مالك تسمى البهجة الرضية *hh*، الالفية تسمى الفريدة في النحو
 والتصريف والخط، النكت على الالفية، والكافية، والشافية، والشذور، والنزهة، الفتح القريب
 على مغنى اللبيب، شرح شواهد المغنى، جمع الجوامع، شرحه يسمى همع الهوامع، شرح

ee) In Cod. 376 est المنفردة.

ff) Sic in utroque Cod. nostro hujus libelli titulus offer-
 tur (male quidem, ut puto): tantum in Cod. 376 ultimum vocabulum المصبي scriptum est.

gg) Cod. 376 الاحكام

hh) Cod. 376 habet المرضية.

الطحاية، مختصر الملحاة، مختصر الالفية، دقائقها، الاخبار المروية في سبب وضع العربية،
المصاعد العلية في القواعد النحوية، الاقتراح في اصول النحو وجدله، رفع السنة في نصب
الوزن، اشعة المنية، شرح كافية ابن مالك، در التاج في اعراب مشكل المنهاج، مسئلة
صوى زيدا قائما، السلسلة الموشحة، الشهد، شذا العرف في اثبات المعنى للحرف،
التوشيح على التوضيح، السيف الصقيل في حواشى ابن عقيل، حاشية على شرح الشذور،
شرح القصيد الكافية في التصريف، قطر النداء في ورود الهمزة للندا، شرح تصريف العزى،
شرح ضرورى التصريف لابن مالك، تعريف الاعجم بعروف المعجم، نكت على شرح الشواهد
للعينى، فخر الهد في اعراب العهد العهد، الزند النورى في الجواب عن السؤل
الاسكندرى

في الاصول والبيان

الكوكب الساطع في نظم جمع الجوامع، شرحه، شرح لغة الاشراف في الاسعاف، شرح
الكوكب الزقان في الاعتقاد، نكت على التلخيص يسمى الافصاح، عقود الجمان في المعانى
والبيان، شرحه، شرح ابيات تلخيص المفتاح، مختصره، نكت على حاشية المطول لابن
الغفرى رحمه الله، حاشية على المختصر، البديعية، شرحها، الجمع والتفريق في الانواع
البديعية ^{kk}، تاييد الحقيقة العلية وتشبيد الطريقة الشاذلية، تشبيد الاركان من ليس في
الامكان ابداع مما كان، درج المعالى في نصره الغزالي على المنكر المتعالى، التخير الدال على
وجود القطب والأتاد والنجباء والابدال، مختصر الاحياء، المعانى الدقيقة في ادراك الحقيقة،
النفاية في اربعة عشر علما، شرحها، شوارذ الفوايد، قلائد الفوايد، نظم التذكرة ^{ll}.

في التاريخ والادب

تاريخ الصحابة وقد مر ذكره، طبقات الحفاظ، طبقات النحاة الكبرى، والوسطى، والصغرى،
طبقات المفسرين ^{mm}، طبقات الاصوليين، طبقات الكتاب، حلبة الاولياء، طبقات شعراء العرب،
تاريخ الخلفاء، تاريخ مصر هذا، تاريخ سيوط، معجم شيوخى الكبير يسمى حاطب ليل وحارف

ii) Addit Cod. 376. والتصوف 376. ويسمى الفلك المشحون.

kk) Cod. 376. الأنواع البديعية.

ll) Addit Cod. 376.

mm) De est hoc opusculum in Cod. 376.

سيل، المعجم الصغير يسمى المنتقى، ترجمة النووي، ترجمة البلقيني، الملتقط من الدر الكامنة، تاريخ العمى وهو ذيل أبناء الغمر، زرع الباس عن بنى العباس، النبعة المسكية والتحفة المكية على نمط عنوان الشرف، درر الكلم وغرر الحكم، ديوان خطب ديوان شعر، المقامات، الرحلة الفيومية، الرحلة المكية، الرحلة الدمياطية، الوسائل الى معرفة الاوائل، مختصر معجم البلدان لياقوت، الشمازيخ فى علم التاريخ^{ns}، الجمانه رساله فى تفسير الفاظ متداوله، مقاطع الحجاز، نور الحديقه من نظمى، القول المجمل فى الرد على المهمل، المنى فى الكنى، فصل الشتاء، مختصر تهذيب الاسماء للنووي، الاجوبة الذكيه عن الالغاز السبكيه، رفع شان الحبشان، احاسن الاقتباس فى محاسن الاقتباس، تحفة المذاكر فى المنتهى من تاريخ ابن عساکر، شرح بانث سعاد، تحفة الظرفاء باسماء الخلفاء، قصيدة رأية، مختصر شفاء الغليل فى نم صاحب والخليل

Auctor hujus libri.

Abou-l-Fadhl Abderrahmān,^r filius Camāloddīni Abou-Becr, filii Nāsiroddīni Mohammed, filii Sabikoddīni Abou-Becr, filii Fakhroddīni Othmān, filii Nāsiroddīni Mohammed, filii Saifoddīni Khidhr, filii Nadjmoddīni Abou-s-Salāh Ajjoub, filii Nāsiroddīni Mohammed, filii Schaikhi Homāmoddīni, al-Khodhairi al-Osjouti.

Non memoravi meam ipse vitam hocce in libro nisi imitatus exemplum scriptorum recentiorum; raro enim quisquam eorum conscripsit Chronicon nisi et commemoratā in eo vitā suā, et e numero eorum a quibus hoc factum est, (sunt) Imāmus Abdolghāfir al-Fārisi² in Chronico Naisābouri, et Jākout al-Hamawī³ in Catalogo virorum literarum humaniorum scientia insignium, et Lisānoddin Ibno-l-Khatib³ in Chronico Granatae, et al-Hāfidh Takijoddīn al-Fāsi⁴ in Chronico Meccae, et al-Hāfidh Abou-l-

^{ns}) Cod. 376 التواريخ.

- 1) De eo vid. Ibn-Khallican, edit. Wüstenfeld. Fasc. 4ti. p. 114; est autem in Indice Tydemanniano n°. 413.
- 2) Conf. Ibn-Khallican. Est autem in Ind. Tydem. n°. 800. Ipsum hoc illius opus Hadji Khalifa commemoravit in Lexico suo bibliographico.
- 3) Pauca de eo vid. apud Herbelotum in v. *Lessan Eddin et Tarikh Garnathah*. Conf. etiam Hadji Khalifa in *الاحاطة فى تاريخ غرناطة* (quod proprium nomen est illius operis), edit. Flügelianae T. I p. 164 n°. 116.
- 4) Ejus nomen est: محمد بن أحمد بن علي التقي أبو الطيب الحسيني نسباً الفاسي.

Fadhī Ibn Hodjr⁵ in libro de *Judicibus Misri*⁶, et Abou-Schāma in *ambobus hortis*⁷; hic vero omnium maxime erat pius et abstinens.

Dico jam: quod attinet ad atavum meum Homāmoddīnum, fuit ille e secta mysticorum et e doctoribus viae spiritualis; veniet ejus mentio in sectione de *Soufis*. Qui autem hoc inferiores sunt⁸, fuerunt e classe hominum auctoritate et principatu spectabilium. Eorum enim alius praefuit iudicio in urbe patria sua, alius munere inspectoris mensurarum in ea⁹ fungebatur, alius fuit in Comitatu Emiri Schaikhou¹⁰ et Sojoutae scholam aedificavit eique legata assignavit, alius mercator fuit dives; nec scio aliquem eorum, qui vero nomine coluerit scientiam, nisi patrem meum, cujus mentio fiet in sectione de *jurisconsultis Schāfitis*. Quod attinet ad nomen nostrum gentile *al-Khodairi*, non novi quidquam ad quod illud referri possit, nisi al-Khodairjam, vicum urbis Bagdādi, et vero narravit mihi aliquis cui fidem habeo, se audivisse patrem meum narrantem, atavum suum fuisse barbarum aut ex Oriente; apparet igitur nomen gentile illud referendum esse ad vicum commemoratum. — Natus autem sum post solis occasum nocte primi hebdomadis diei, ipso initio mensis Radjab anni 849, et portatus sum, vivente adhuc patre, ad *Schaikhum Mohammedem al-Madjdhoub*¹¹, virum pio Dei cultui

المكي. Natus est a. 775, obiit a. 832 (teste Ms. 518 p. 136 seqq.). De ejus Chronico vid. Hadji Khalifa in v. *شغاء الغرام*.

5) Ejus nomen est: *أحمد بن علي بن محمد شهاب الدين أبو الفضل العسقلاني المصري*. Natus est a. 773, obiit a. 852 (teste Ms. 518 p. 47 seqq.).

6) Conf. Hadji Khalifa in *تاريخ قضاة مصر*.

7) Titulus hujus operis est: *أزهار الروضتين في أخبار الدولتين دولة نور الدين وصلاح الدين من الأكراد*, auctore Schihaboddino Abdorrahman Ibn-Isma'il, noto nomine Abou-Schama ad-Dimischki. Obiit secundum Hadji-Khalifam a. 665. Conf. Herbelot. in v. *Abou-Schamah*.

8) Nempe in linea genealogica.

9) [فتوح الشام⁹ etiam apud alios scriptores nonnunquam foemine construitur, ut ex. gr. in *فتوح الشام*, Ms. 43 p. 107: فاذا دخل القوم البلد وتمكنوا عليها الخ. H. E. W.]

10) De Emiro Saifoddino Schaikhou al-Omari, qui medio saeculo octavo Arabum floruit, mentio facta est a Sacyo *Chrest. Arabe*, T. I p. 271 annot. 79 edit. alter.

11) Cognomen illud *المجدوب* signif. *eum qui res mundanas nihili habens solo Deo contemplando occupatur*. Quis autem fuerit pius ille homo nusquam invenio; at eo notius est *المشهد النغيسي*, nempe sepulcrum foeminae, quae saeculo secundo post Mohammedem vixit, summa pietate in Aegypto clarae, nomine *نغيسة*. Sepulta ea jacet, secundum Hosno-l-Mohādharā, *بدراب السباع محلة بين مصر والقاهرة*, qui

maxime deditum, in vicinia sepulcri *Naftisensis*, qui Divinam benedictionem mihi precatus est; dein adolevi orphanus, Koranumque memoria tenebam, cum nondum 8 annos natus essem; dein memoriter didici al-Omdam ¹², et Minhādjum al-Fikhi et Minhādjum al-Osouli ¹³, et Alfijam Ibn-Mālici ¹⁴. Incepi autem ipsi scientiae operam navare inde ab initio anni 64, et accepi jurisprudentiam et grammaticam a compluribus doctoribus, legesque ad haereditariam successionem pertinentes a doctore in hac scientia sua aetate unico, Schaikho Schihāboddino as-Schārimāhī ¹⁵, qui dicere solebat se pervenisse ad altam aetatem et annum centesimum longe excessisse; Deus autem illud melius novit. Legi sub ejus auspiciis in ejus commentario in opus al-Madjmou' ¹⁶, et facultas mihi concessa est docendi linguam Arabicam, initio anni 66. Eodem anno quoque auctoris partes egi, fuitque primum quod conscripsi *explicatio formularum* اعوذ بالله *et* بسم الله, illudque considerandum proposui doctori nostro *Antistiti Islamismi Alamoddīno al-Bolkīnī* ¹⁷, qui mihi scripto misit encomium de illo, eique adhaesi in jurisprudentia usque ad ejus mortem. Legi autem sub ejus auspiciis ab initio libri *at-Tadrib*, quem pater ejus ediderat ¹⁸, usque ad caput *de procuratione*, audivique ejus scholas de

sub n^o. 777 vitam hujus sanctissimae mulieris tradidit. In vicinia hujusmodi sepulcrorum tales pii anachoretæ habitare amabant, ibique visitabantur ab omnibus, qui eorum sibi benedictionem, extraordinaria nempe quadam vi praeditam, petebant. Conf. Sacy *Chrest. Arab.* T. I p. 228 edit. 2ae.

- 12) E magna librorum copia, ab Hadji-Khalifa recensitorum, qui titulum العمدة ferunt, non possum certo definire, quis hoc loco significetur.
- 13) Etiam de hisce operibus certi quid dicere non possum, quum utraque in disciplina, nempe أصول et فروع, plura exstent opera quae منهاج vocentur. Videtur tamen hic significari Minhadj an-Nawawī فى الفروع, et Minhadj al-Baidhawī فى الاصول. Conf. Hadji-Khalifa.
- 14) Alfija Ibn-Malici notior est quam ut de ea quidquam dicam. Vid. Herbelot et Hadji-Khalifa, ac praesertim editio hujus operis Sacyana.
- 15) De eo nihil invenio, nisi apud Hadji-Khalifam ejus nomen: أبو العباس أحمد الشارمساحي. Est autem Scharimsah oppidum Aegypti, quinque parasangis Dimjata distans. Commemoratur in *Rélation de l'Égypte par Abd-allatif*, p. 626 n^o. 106.
- 16) Vid. Hadji-Khalifa in voce علم الفرائض. المجموع فى علم الفرائض.
- 17) Erat hic vir sui temporis summus, praesertim in Jurisprudentiae scientia. Ejus nomen plenius scriptum est: أبو البقا صالح بن عمر بن رسلان عمّ الدين شيخ الإسلام البلقينى. Natus est a. 791, obiit a. 868 (teste Ms. 518 p. 86 seqq.).
- 18) Pater praecedentis erat أبو حفص عمر بن رسلان بن نصير سراج الدين البلقينى. Natus est a. 724, obiit a. 805 (Test. Ms. 518 p. 113 seqq.). De ejus opere الفروع التدریب فى الفروع.

libro *al-Hawāi parvo* ¹⁹, ab ejus initio inde, usque ad caput *de diversis statibus mulieris*, in quibus cum ea rem habere nefas sit, et de libro *al-Minhādī* ²⁰, ab ejus initio usque ad caput *de elemosynis*, et de libro *at-Tanbīk* ²¹ ab ejus initio paene usque ad caput *de elemosynis*, et de parte e libro *ar-Raudha* ²² inde a capite de munere *Judicis*, et de parte libri, qui continet supplementum commentarii in librum *al-Minhādī* confecti ab *az-Zarcaschio* ²³, inde a capite *de cultura terrarum desertarum* ²⁴, circiter usque ad caput *de testamentis*. Ipse diplomate mihi facultatem concessit docendi scientiam juris et responsa dandi de quaestionibus juris, anno 67, et praesens adfuit inaugurationi meae ²⁵. Mortuo illo, anno 68, adhaesi Antistiti Islamiani Scharafoddīno al-Monāwīo ²⁶, et sub ejus auspiciis legi partem ex libro *al-Minhādī* ²⁰, audivique

vid. Hadji-Khalifa. Nomen autem relativum *Bolkini* ductum est a Bolkinā, oppido istius regionis Aegypti, quae Hauf appellatur, prope Mahallam sito (teste Lobbo-l-Lobab (Ms. 685), in v.).

19) De الكاوي الصغير ejusque auctore vid. Hadji-Khalifa.

20) Qualis liber titulo المنهاج hic intelligatur, certo quidem definire non possum in tanta eorum multitudine. At credo tamen esse illud opus, quod ab Hadji Khalifa commemoratur titulo:

منهاج الطالبين في مختصر المحرر في فروع الشافعية.

21) Est hoc, ut credo التنبيه في فروع الشافعية. Vid. quae de isto opere dicit Hadji-Khalifa.

22) Videtur significari الروضة في الفروع. Conf. Hadji-Khalifa.

23) Quis fuerit hujus supplementi auctor nescio. Ipse autem commentarius az-Zarcaschii in an-Nawawii opus منهاج الطالبين (conf. ann. 20) ex Hadji-Khalifae Cod. nostro 1371 mihi notus est. Commentarius ille exstat in Ms. Arab. Bibl. Oxon. 189, 190, 193 et 281 (vid. Uri Catal. p. 72, 73, 85), et de auctore Badrōddīno Mohammede az-Zarcaschi, mortuo anno 794, mentio facta est ab Herbelotio v. *Zerkeschi*.

24) Est in Corpore juris Moslemorum caput في احياء الموات, de cultura, sive foecundatione, agrorum vastorum, et quasi mortuorum. Conf. *Abstract of Muhammedan Law, by Lieut.-Colonel Vans Kennedy, in Asiatic Journal of Great Britain and Ireland, n°. III, 1835, p. 163—165, quo loco hoc caput sub n°. XLVIII commemoratur. Quid Mohammed hac de re praeceperit, vide in opere anno 1809 et seq. Calcuttae edito » Mishcāt-ul-Māsābīh, translated from the Original Arabic by Capt. Matthews,» T. II p. 54 seq.*

25) Conf. supra Catalogus librorum Sojoutii p. 7 vs. 11 et p. 9 vs. 9.

26) Ejus nomen erat أبو زكرياء يحيى بن محمد شرف الدين المناوي. Natus est a. 798, obiit a. 871 (teste Ms. 518 p. 235 seqq.). De nomine relativo المناوي haec annotat Sojoutius in Lobbo-l-Lobab, Ms. 685: المناوي إلى منية بني خصيب بلد بصعيد مصر.

eum explicantem sectionem ejus *de partitione* ²⁷, exceptis paucis scholis, quae me fugerunt; et audiui apud illum aliquot lectiones e commentario ad librum *al-Bahdja* ²⁸, et ex suis ad eum commentarium glossis, et e *Baidhāwī* ²⁹ in *Koranum commentario*. Adhaesi autem in addiscenda traditione et lingua Arabica doctori nostro Imamo doctissimo *Takijoddīno as-Schomoni* ³⁰ Hanefitae, eumque comitatus sum per 4 annos, scripsitque mihi encomium de commentario in *Alfijam Ibn-Mālici* ³¹ et de libro *Djam'ol-Djawāmi* ³² de lingua Arabica, duobus operibus meis, et plus semel verbis et scriptis testatus est ceteris me in disciplinis excellere. Imo nudorum verborum meorum auctoritatem secutus est in traditione quadam. Adduxerat nempe in glossis suis ad librum *as-Schafāum* ³³ traditionem *Abou-l-Harzi* de captivis ³⁴, eamque citaverat ut allatam ab *Ibn-Mādja* ³⁵. Forte fortuna opus mihi erat eam adducere cum suis auctoritatibus.

- 27) In Corpore Juris Moslemorum est etiam caput القسمة فى, *de divisione bonorum, quae pluribus sunt communia, ex. gr. haereditatum. Conf. Abstract of Muhammedan Law, sub n^o. XLII.*
- 28) Est nempe البهجة translatio in ligatam orationem operis الحاروى الصغير (quod nobis supra jam occurrit), facta a الوردى زين الدين عمر بن الوردى hujus poematis explicationem scripsit ابو زرعة, cui glossas marginales adjecit al-Monawi. Vid. Hadji-Khalifa in v. الحاروى الصغير.
- 29) De Baidhawio, notissimo Korani interprete, conf. Sacy *Anthol. Gr. Ar.* p. 37.
- 30) Est hic Ahmed Ibn-Mohammed Ibn-Hasan Takijoddin as-Schomoni. Natus est a. 801, obiit a. 872. Nomen illud relativum refertur a Sojoutio, in Cod. 685, الى شنة مزرعة بباب قسطنطينية. — Codex 518, ex quo ejus nomen desumsi, de eodem hoc dicit: ببلاد المغرب او لقرية بها.
- 31) Peculiaris Sojoutii *Commentarius* in *Ibn-Malici Alfijam* apud Hadji-Khalifam non commemoratur. At mentionem tamen hic iniecit de tribus operibus illius eruditi viri, quae ad explicationem istius grammatici operis spectabant; conf. Flügelii edit. T. I p. 408 et 414.
- 32) De hoc opere Sojoutii conf. Hadji-Khalifa.
- 33) Titulus hujus operis est: الشفاء فى تعريف حقوق المصطفى, in quod as-Schomoni scripsit حاشية. Vid. Hadji-Khalifa.
- 34) *Abou-l-Hara* (aut quomodocunque nomen illud, ut in Cod. 113 scriptum est, pronuntiandum sit), non magis quam *Abou-l-Hamra* (ut Cod. 376 offert) mihi inter Mohammedis socios, quorum auctoritate illius dicta posteris sunt tradita, notus est. Traditio autem quae ei accepta refertur, et quam Sojoutius hoc loco spectavit, sine dubio pertinet ad locum in jure Moslemorum *de captivis*, de quo quid Mohammedi placuerit, vide in *Mishcat-ul-Masabih*, T. II p. 269 seq.
- 35) Proprius verborum sensus est: eamque retulerat ad allegationem *Ibn-Madjae*; verbum خرچ enim hic, et saepius, eadem potestate est ac روى, et de illo usurpatur qui traditiones alle-

Perquisivi igitur Ibn-Mādjam in loco ubi eam existare putabam, sed eam non inveni. Tum percurso toto libro, eam haud magis inveni; oculis meis vero diffidens, deinceps eundem frustra percurri, nec feliciore successu tertia etiam vice. Dein vero vidi traditionem illam in *Catalogo sociorum Mohammedis*, auctore Ibn-Kani'o³⁶: quo comperto adii Doctorem, eique illud muntiavi; ille vero nude hoc ex me audito, cepit manuscriptum suum, sumtoque calamo delevit vocem *Ibn-Mādja*, adiecitque in margine *Ibn-Kāni'*. Ego autem illud aegre ferebam et verebar (ne festinantius fieret), ob insignem quam animo fovebam Doctoris reverentiam et mei ipsius contemptum, ac dicebam: « nonne patientiā uteris, fortasse sententiam mutabis³⁷? Respondit:» minime! tantummodo scripsi *Ibn-Mādja*, auctoritate nixus *Berhānoddini Halebensis*³⁸. Huncce doctorem non reliqui usque ad ejus mortem. Adhuc quoque Doctori nostro eruditissimo, Magistro eminenti³⁹ Mohjiddino al-Cāfjādji⁴⁰ per 14 annos, ab eoque accepi diversas disciplinas, ut Korani interpretationem, doctrinas fundamentales, grammaticam Arabicam, rhetoricam et alias, scripsitque mihi diploma magnum. Interfui porro

gavit, additis auctorum nominibus. Conf. locus Ibn-Khallicanis ab Hamakero editus in annot. ad *فتوح مصر والاسكندرية* p. 181 vs. 1 et 5. Liber Ibn Madjae, qui sine dubio hic significatur, inscriptus est *سنن ابن ماجه*: de eo vid. Herbelot. in v. *Sonan Ebn Magiah*, itemque Hadji-Khalifa in *سنن*. Vitam Ibn-Madjae, qui anno 273 obiit, (non a. 673, ut male apud Herbelot. legitur) descripsit Ibn-Khallican n^o. 625.

36) Inter virorum nomina, ab Hadji-Khalifa in v. *معجم الصحابة* enumerata, nomen Ibn-Kani'i non video, at in transitu tamen is commemoratur tanquam auctor cujusdam operis, inscripti *المعجم*, pluribus non additis. Nomen Ibn-Kani'i apud Hadji-Khalifam quoque offenditur in v. *تاريخ ابن قانع على السنوات*, ubi nempe mentio fit de *تاريخ ابن قانع*.

37) Ita verti *راجع* in III specie. Secundum Lexicon Freytagianam peculiariter adhibetur *de usore semel repudiata, quam quis postea iterum ducit*. Nostro in loco videtur eadem notio ad *sententiae mutationem reditumque ad priora placita transferri*. Conf. infra ann. 171, ubi *راجع* eadem fere significatione occurrit.

38) De eo nihil inveni, at ejus filii mentio mihi occurrit, nempe *احمد بن ابراهيم الطرابلسي* *ابو نذر برهان الدين الشافعي الكلبى*, nati a. 818, mortui a. 884 (teste Ms. 416 p. 48).

39) [Conferatur hic recentiorum illud et imprimis Turcarum, *صاحب الوجود*, quod non tantum *eum qui existit*, sed etiam *virum dignitate eminentem*, significat. Vid. Meninskii Lexicon. H. E. W.]

40) Nempe: *محمد بن سليمان المكيوي الرومي الكنفي ويعرف بالكفاياجي*, nato a. 790, mortuo a. 879 (teste Ms. 518 p. 150). Secundum Lobbo-l-Lobab nomen relativum ejus

referendum est *الى كافيته ابن الخا (الحاجب 1) لكثرة قرانه واثراته لها*.

apud Schaikbum Saifoddiaum Hanefitam ⁴¹ compluribus scholis de al-Kasschāfo ⁴² et al-Taubbāho, ipiusque in illud opus glossas ⁴³, et Talkhiso-l-Miftāhi ⁴⁴ et al-Adhedo ⁴⁵. Incepi vero opera condere inde ab anno 68, adscenderuntque scripta mea ad hunc usque diem ad 300, exceptis iis, quae delevi et imperfecta reliqui, et penetrarunt ⁴⁶, adjuvante Deo, in regiones Syrias, et Asiae Minoris, et Hidjāni, et Jemānis, et Indiae, et Mauritaniae, et Tocrouri ⁴⁷. Absoluta vero peregrinatione mea Meccana, bibi aquam putei Zamsami ⁴⁸ haud uno consilio, et inter alia quoque, ut pervenire mihi contingeret in Jurisprudentia ad dignitatis gradum Schaikhi Sirādjoddīni al-Bolkīni ⁴⁹, et in Traditione ad gradum al-Hāfidhi Ibn-Hodjri ⁵⁰. Responsa de jure dedi inde ab initio anni 71, scholamque in qua Traditionem dictabam institui ⁵⁰ inde ab initio anni 72. Concessa autem mihi divinitus est profunda peritia disciplinarum, quae versantur in in-

- 41) Erat hic: محمد بن محمد بن عم بن قطلوبغا اليكتمري سيف الدين الحنفي، mortuus a. 881. Ipse Sojoutius in eum Elegiam composuit, quam in Hosno-l-Mohadhara tradidit, Ms. 113 fol. 177b.
- 42) Al-Kasschaf est celebris az-Zamakscharii in Koranum commentarius, de quo vid. ipsum quod edimus opusculum, n°. 117.
- 43) Inter glossas in opus التوضيح, ab Hadji-Khalifa commemoratas, nostri حاشية non video.
- 44) Vid. Hadji-Khalifa in v. تلخيص المفتاح.
- 45) Verosimiliter significatur العصد في النحو. Vid. Hadji-Khalifa. Si vero lectio Cod. 376 القصد hic recte se habet, complures sunt libri, quos Auctor eo nomine significare potuerit. Vid. etiam Hadji-Khalifa.
- 46) Ad vocem ودخلت Codex 113 habet annotationem marginalem مؤلفاته.
- 47) [De تكرر, quod nomen plerumque sine articulo scribitur, et teste Kamouso Tokrou, teste autem Sojoutio in لبّ اللباب (Ms. 685) Takrou pronuntiandum est, Lexicon Geographicum (Ms. 295) sequentia offert: تكرر برآعين مهملتين بلاد تُنسبُ الى قبيل من السودان في أقصى جنوبي من المغرب أهلها أشبه الناس بالزنوج die Erdkunde, edit. 2ae T. I p. 545 seq. H. E. W.]
- 48) Notum est, Moslemos aquae, e puteo Zamzami haustae, miraculosam vim tribuere, et putare se hac bibendā facilius votorum suorum compotes fieri. Conf. Herbelot. in fine articuli de Zemzem.
- 49) De ambobus supra jam dictum est, in ann. 18 et ann. 5.
- 50) [Dictionis عَقَدَ مَجْلِسًا et عَقَدَ مَجْلِسٌ, instituit consessum, et institutus est consessus, pec. judicialis, haec conferri possunt exempla, ex Abu-l-Fedai Ann. Mosl. petita: III. 156; IV. 624; V. 198. H. E. W.]

terpretatione Korani, in Traditione, Jurisprudencia, syntactica Grammaticae parte et in tribus Rhetoricae partibus⁵¹, nempe ut ab Arabibus virisque facundis, non ut a Barbaris philosophisque veteribus, cultae sunt; quodque pro certo habeo, hoc est, me tantum profecisse in his sex disciplinis (excipio enim Jurisprudenciam), et tot legibus de illis scriptas relationes, quantum non profecerit et quot nunquam legerit ullus Doctorum meorum, nedum homines iis inferiores. De Jurisprudencia autem idem non dico; verum Doctor meus in illa ampliore visu et longiore manu gaudebat. Et minus etiam quam in his septem disciplinis, scientia mea valet in Fundamentis Jurisprudenciae et in Dialectica polemica⁵², et in ea Grammaticae parte, quae de verborum et nominum inflexione agit. Minus etiam in doctrina stili et in arte epistolarum scribendarum et in successionis haereditariae legibus; minus vero etiam in lectionibus Korani variantibus, quas a nullo unquam Doctore didici; omniumque minime in medicina; arithmetica vero omnium rerum mihi erat difficilissima et maxime abhorrens ab ingenio meo, et quando mentem intendo ad quaestionem eo pertinentem, non aliud patior quam si tentarem montem ad eum asportandum. Ac completa jam apud me est, per divinam gratiam, ea (cognitionis) suppellex, qua opus est Doctore qui peculiaribus se insigniat placitis iisque gloriam suo nomini conciliet (dico autem illud ut Dei beneficia enarrem, non ut gloriar; ecquid enim bona mundana sunt, ut ea quis acquirere studeret gloriando, quum jam propius absit migratio et appareat canities et abierit vitae pars optima?); ac si vellem conscribere de omni quaestione librum complectentem placita de ea proposita, et argumenta ad haec probanda, aut (aliorum verba) tradendo aut ratiocinando adducta, et notiones de ea animo conceptas, harumque dissolutiones (refellendo factas) vicissimque responsa defensoria, et examen opinionum a diversis sectis circa eam prolatarum, sine dubio illud perficere valerem, Dei favore et beneficio, non robore meo et viribus meis; nullum enim est robur, nulla potestas, nisi cum Deo excelso et magno; quodcumque vult Deus, nulla (ad illud efficiendum) potestas est, nisi cum Deo. Legeram quoque in initio studiorum meorum aliquid de scientia Logices, dein vero ejus fastidium animo meo injecit Deus, et quum audivissem *Ibno-s-Salahum*⁵³ de ea consultum responsum dedisse qua eam detestaretur, eam reliqui hanc ob causam, substituitque mihi Deus in ejus locum scientiam Traditionis, quae omnium est discipli-

51) Conf. hic imprimis locus Sacyi in *Anthologie Gramm. Arabe*, p. 305 seq.

52) De الجدل conf. Sacy in *Rélation de l'Égypte par Abd-allatif*, p. 492, ann. 103, et in *Anthol. Gramm. Arab.* p. 472 seqq.

53) De hoc vide Herbelot. in v. *Salah*. Ibn-Khallican vitam ejus descripsit n. 422 (conf. editio Wüstenf. Fasc. 4i. p. 118 seq.), et Hadji-Khalifa de eo mentionem facit in v. *أدب المفتي والمستفتي*.

narum nobilissima. Quod autem attinet ad Doctores meos in allegatione Traditionis, quos audiui, aut a quibus diploma accepi, hi multi fuerunt. Citavi illos in *Catalogo* ⁵⁴, quo eos omnes collegi, numero fere 150; non vero magnam operam posui in audienda allegatione Traditionis, quum occupatus fuero eo quod majoris est momenti, nempe lectione criticae ejusdem expositionis ⁵⁵.

Librorum titulos jam non verto, quum saepe difficillimum sit eos Latine ita reddere, ut verus verborum sensus exprimat, quumque praeterea Cl. Flugelius hisce partibus egregie functus sit in *Annalium Vindobonensium* loco supra citato, ubi librorum titulos alphabetico ordine recensuit, Germanice vertit et, ubi opus erat, annotationes adjecit. Eum igitur, qui accuratiorem sibi de iis notitiam comparare aut indiget aut cupit, ad illud opus remitto. Passim vero, ut vides, ipsi Arabico textui nonnullas animadversiones subjeci, ubi Flugelium minus recte egisse putabam, aut aliud quid se mihi offerebat, cujus commemorationem operae esse pretium ducerem.

Praeter hanc igitur, quam jam in medio posui, alia quoque mihi a Praeceptore indicata est *Sojoutii* vita, ex alia prorsus parte profecta, nec, ut in illa fit, laudabilia tantum omnia ejus viri enarrans, sed e contrario plura ejus vitia minusque laudanda aperte, nec hic illic sine acerbitate quadam, exponens; disertum offerens indicium, *Sojoutium*, quamvis aetate sua juvenili ob egregias animi dotes omnibus carum, ab omnibusque protectum, postea superbia elatum in multorum odium incurrisse, multaque sibi ab aequalibus ingrata parasse. Desumptum est istud fragmentum e Codice Leydensi 518 (Catal. n. 1876), cui titulus est: البدر الطالع من الضوء اللامع (i. e. *luna oriens, sumta ex lumine micante*), auctore *Ahmede Ibn-Abdossalam*, *Judice urbis Manouf* (احمد بن عبد السلام قاضي منوف). Continet excerptum operis majoris *as-Sakhawii* ⁵⁶, titulum ferentis: الضوء اللامع لاهل القرن التاسع (i. e. *lumen micans hominibus saeculi noni*), offertque vitas celeberrimorum hujus temporis virorum, inter quas etiam *Sojoutii* vita occurrit. Multas tamen, easque saepe summas, difficultates mihi obtulit hujus

54) Duos conscripsit *Sojoutius* Doctorum suorum *Catalogos*, nempe المعجم الكبير et المعجم الصغير, inter ejus scripta supra enumeratos.

55) De *دراية الحديث* vid. (Hamneri) *Encyclop. Uebersicht der Wissens. des Orients*, p. 621.

56) Ejus nomen plenius est محمد بن عبد الرحمن بن محمد شمس الدين السخاوي: natus est a. 831, obiit a. 902 (test. Ms. 416 p. 94). Conf. infra ann. 196. Pauca de eo leguntur apud *Herbelotum* in v. *Sakhaoui*, et apud de *Rossium* in v. *Sakavi*. De opere ejus hic laudato, et excerpto *Ibn-Abdo-s-Salami*, vid. *Hadji-Khalifae Lex.* in *الضوء اللامع*. Hujus majoris operis etiam pars exstat in Ms. *Bibl. Leid.* n. 369 (Cat. n. 1871), sed duotantum hi tomi sunt; nec nisi partem litterarum *Aleph, Ain, Fa, Kaf et Min* offerunt. Ipsa *Sojoutii* vita in istis Tomis non exstat.

fragmenti elaboratio. Stilo enim consignatum est valde neglecto et obscuro; ad vitae communis stilum prope accedente, et phrasibus vocibusque repleto, quarum significatio in lexicis nostris nondum notata et illustrata est; quod quidem cuique textum inspicienti facile in oculos incurret. Adde, Codicem manu quidem satis nitidâ, non tamea valde distinctâ, nec literarum ductibus ubique sibi constanti, exaratum esse, neque corruptionis suspicione omnino esse vacuum. At vel sic tamen nolui, prospiciendo commodo meo lectorem re defraudare, quam jure a me petere posset, nullamque aliam sinceritatis mercedem rogo, nisi indulgentiam, qua certe illum prosequi fas est, qui suarum virium imbecillitatis sibi conscius non audacter summa tentat, sed debili sibi incumbentis memor omnes vires intendit, ut quam maximam ejus partem exsolvat, proverbio notissimo usus: « ut desint vires tamen est laudanda voluntas. » Videamus igitur, in quantum conamina mea vitam Sojoutii, in Cod. 518 oblatam, interpretandi successerint :

عبد الرحمن بن ابي بكر بن محمد بن ابي بكر بن عثمان بن محمد بن خليل بن نصر ابن الخضر بن الهمام الجلال بن الكمال بن ناصر الدين الاسيوطى الاصل الطولونى الشافعى ويعرف بابن الاسيوطى ولد فى اول ليلة شهر رجب سنة تسع واربعين وثمانمئة وائمة تركية ونشأ يتيما فحفظ القرآن والعمدة والمنهاج الفرعى وبعض الاصلى والفيحة النحو وحرص فى سنة اربع وستين واخذ عن الشمس محمد بن موسى الكنقى امام الشيخونية فى النحو وعن الفخر عثمان المقسى والشموس البامى وابن الفالانى وابن يوسف احد فضلاء الشيخونية والبرهانيين العاجلونى وفيما قيل النعمانى بعضهم فى الفقه وبعضهم فى النحو ثم ترقى حتى قرا فى بعض المتنون الفقهية على العلم البلقينى وحرص عند المناوى يسيرا جدا ولمح له بالادب حيث قال له وقد تالم من جلوسه فوق ملاء على كنا ونحن صغار لا نجلس الا خلف الكلفة فى حركات من هذا النمط وحينئذ انقطع واخذ عن كل من السيف والشمى والكافيالى الكنفيين شيئا من فنون وفيما زعم عن الشهاب الشارمساحى بعض شرحه لمجموع الكلاى وعن العز الميقاتى رسالة له فى الميقات وعن محمد بن ابراهيم الشروانى الرومى الطبيب بالقاهرة مختصرين فى الطب لابن جماعة وعن العز الكنبلى دروسا فى الاصول من جمع الجوامع انتهى ما زعمه ولازمنى دهرا وكتب التى فى نشر طويل وقد تطلقنا على شمول سخائه وانحننا ركاب شدتنا برحاب رخائه بل مدحني بغير ذلك من نظم ونثر كما بينته فى موضع اخر وكذا تردد يسيرا جدا للزين قاسم الكنقى والبقاعى وتدرت بالشهاب المنصورى فى النظم وسبع على بقايا من المسندين كالثقافى والحجازى والشاوى والمكتومى ونشوان

وهاجر (؟) واجاز له من حَلَب جماعة منهم ابن مقبل خاتمة من اجاز له الصلاح بن ابي عمر ولم يمعن الطلب في كل ما اشرت اليه ثم سافر الى الفيوم ودمياط والمحلة ونحوها فكتب عن جماعة ممن ينظم كالمحيوي ابن السقية والعلاء بن الجندی الكنفي ثم الى مكة من البحر في ربيع الآخر سنة تسع وستين فاحذ قليلا عن المحيوي عبد القادر المالكي واستمد من صاحبنا ابن قهد في آخرين واذن له غير واحد في الافادة والتدريس وساعده العلم البلقيني حتى باشر تصدير الفقه بالجامع الشيوخوني المتلقى له عن ابيه وحضر معه اجلاساً فيه ثم اناجم وتشبيخ وخاص في فنون خصوصاً هذا الشأن واختلس حين كان يتردد التي مما عملته كثيراً كالخصال الموحية للضلال والاسماء النبوية والصلاة على النبي صلى الله عليه وسلم وموت الابناء وما لا احصره بل اخذ من كتب المحمودية وغيرها كثيراً من التصانيف القديمة التي لا عهد لكثير من العصريين بها في فنون فغير فيها شويهاً يسيراً وقدم واخر ونسبها لنفسه وهول في مقدماتها بما يتوقم منه الجاهل شياً مما لا يوقى ببعضه وأول ما ابرز جزءاً ٥٥ له في تحريم المنطق جرده من مصنف لابن تيمية واستعان بي في اكثره فقام عليه الفضلاء بحديث كفه العلم البلقيني عنه واخذ ما كان استكتبه في المسئلة ولو لا تلمفي بالجماعة كالانباسي وابن الغالاتي وابن قاسم لكان ما لا خير فيه وكذا درس جمعا من العوام بجامع طولون بل صار علي علي بعضهم لمن لا يحسن شياً بحديث كان ذلك وسيلة الى مساعدة وصيه شهاب الدين بن الطباخ بحديث رياه عند برسباي استناداً الصعبة فلزم اينال الاشقر راس نوبة النوب حتى قرره في تدريس الحديث بالشيخونية بعد وفاة الشيخ عثمان المقسي مع تركه ولداً وكذا استقر في الاسماع بها وليس بموافق شرط الواقف فيهما وفي مشيخة التصوف بتربة يرقوق نائب الشام التي بباب القرافة بعنائة بلديه ابي الطيب الاسيوطي وغير ذلك كل هذا مع انه لم يصل ولا كاد ولذا قيل انه تزيب قبل ان تحصرم واطلق لسانه وقلمه في شيوخه فمن فوقهم بحديث قال عن القاضي العصد انه لا يكون طعنة في رجل ابن الصلاح وعزير علي ذلك من بعض نواب الحنابلة بحضرة قاضيهم ونقص السيد والرضي في النحو بما لم يبدي فيه مستنداً مقبولاً بحديث انه اظهر لبعض الغبراء الرجوع عنه فانه لما اجتمع به قال له انك قلت ان السيد

وأول Potius legerem ; جرداً et tum pronuntiarem ٥٥)

البحراني قال أن الحرف لا معنى له أصلاً لا في نفسه ولا في غيره وهذا كلام السيد فاطم بتكذيبك فيما زعمته فقال اني لم ار له كلاماً ولكنني لما كنت بمكة تجازيت مع بعض الفضلاء الكلام في المسئلة فنقل لي ما حكيتاه وقلدته فيه فقال هذا عجيب ممن يتصدى للتصنيف كيف يقلد في مثل هذا مع هذا الاستناد انتهى وقال ان من قرأ على *pp* الرضى ونحوه لم يترق الى درجة الاكتفاء *qq* ان يسمى مشاركا في النحو ولا زال يستمر حتى قال انه رزق التبخر في سبعة علوم التفسير والحديث والفقه والنحو والمعاني والبيان والبديع قال ودون هذه العلوم السبعة سوى الفقه والنقول والبديع قال والذي أعتقده ان هذه العلوم التي اطلعت عليها فيها لم يصل اليه ولا وقف عليه احد من اشياخي فضلا عن دونهم قال ودون هذه العلوم التي اطلعت عليها في المعرفة اصول الفقه والجدل والصرف ودونها الانشاء والترسل والفرائض ودونها القراءات ولم اخدها عن شيخ ودونها الطب وأما الحساب فأعسر شئ علي وابعده عن ذهني واذا نظرت في مسئلة تتعلف به فكأتما أحارل جبالاً أحمله قال وقد كملت عندي الات الاجتهاد بحمد الله تعالى الي ان قال ولو شئت ان اكتب في كل مسئلة تصنيفا باقوالها وأدلتها النقلية والقياسية ومداركها ونقوضها واجوبتها والمقارنة بين اختلاف المذاهب فيها لقدرت على ذلك وقال أن العلماء الموجودين يرتبون له من الأسئلة ألوفا فيكتب عليها اجوبة على طريقة الاجتهاد وانه يرتب لهم من الاسئلة بعدد العشر فلا ينهضون وا فرد مصنفا في تيسير الاجتهاد لتقرير دعواه في نفسه وما احسن قول بعض الامتادين في الحساب ما اعترف به عن نفسه مما يؤهم به أنه منصف أدل دليل علي بلادته وبعد فهمه لتصريح ائمة الفن أنه فن ذكاه ونحو ذلك قول بعضهم دعواه الاجتهاد ليست خطاه ونحو هذا قوله وقد اجتمع به بعض الفضلاء ورام التكلم معه في مسئلة ليس في الامكان ان بصاعتي في علم الكلام مزجاة وقول آخر له أعلنني عن الات الاجتهاد اما بقي احد يعرفها فقال له نعم بقي من له مشاركة فيها لا علي وجه الاجتماع في واحد بل مغترقا فقال له فادكرهم لي ونحن نجتمع لك وتتكلم معهم فان اعترف كل واحد لك بعلمه وميزك فيه أمكن ان نوافقك في دعواك فسكت ولم يبد شيئا وذكر ان تصانيفه تزيد على ثلثمائة كتاب رايت منها ما هو في ورقة وأما ما هو دون كراسة فكثير وسمى منها شرح

pp) Conjeci hoc على addendum esse.
الاكتناء

qq) Sic conjecturae ope restitui mendosam Cod.

البشاطية والغية في القراءات العشر مع اعترافه كما تقدم بانه لا شيخ له فيها وفيها مما اختلسه من تصانيف شيخنا ثباب النقول في اسباب النزول وعين الاصابة في معرفة التصحاح والتكت البديعات على الموضوعات والمدارج الى المدرج وتذكرة الموتسي بمن حدث وتسي وتتحفة النابه بتلخيص المتشابه وما رواه الواعون في اخبار الطاعون والاساس في مناقب بنى العباس وجزء في اسماء المدتسين وكشف النقاب عن الاقاب ونشر العبير في تخريج احاديث الشرح الكبير فكل هذه تصانيف شيخنا وليته اذا اختلستها لم يمسحها ولو نقلها على وجهها لكان انفع وفيها مما لغيره الكثير هذا ان كانت التسميات موجودة كلها والا فلو كثير المجازفة جاعني مرة وزعم انه قرأ مسند الشافعي رضى الله عنه على القمصي واخبرني متبرعا بما تضمن كذبه حيث بقي منه جانب وكذا حكى عن الكمال اخي الجلال المحتلي مناما كذبه الكمال فيه وقال لي البدر قاضي الحنابلة لم اراه يقرأ على شيخى في جمع الجوامع مع شدة حرصى على ملازمته نعم كان يقرأ عليه فيه خير الدين الريشى النقيب فقلت فلعله كان يحضر معها (P) فقال لم ار ذلك وقال انه عمل التفاحة المسكية والتحفة المكية في كراسة وهو بمكة على نمط عنوان الشرف لابن المقرئ في يوم واحد وانه عمل الفية في الحديث فائقة الفية العراقي الى غير ذلك مما يطول شرحه كقوله مما يصدق ان آفة الكذب التسيان في موضع انه حفظ بعض المنهاج الاصلى وفي آخر انه حفظ جميعه وانه بعد موت شيخنا انقطع الاملاء حتى احياه وكزعمه ان المبتدى بتقريره في الشيخونية هو الكافيحى مع قوله لى غير مرة والله لو لم يقره الناظر التركى او كنت منفردا في الامر ما قدمته لعلمى بانفراد غيره بالاستحقاق كل ذلك مع كثرة ما يقع له من التحريف والتصحيف وما ينشأ عن عدم فهم المراد لكونه لم يراحم الفضلاء فى دروسهم ولا جلس بينهم فى مسائهم وتعريتهم بل استبد بالآخذ من بطون الدفاتر والكتب واعتمد ما لا يرتضيه من اللاتقان صحت⁷⁷ وقد قام الناس عليه كافة لما ادعى الاجتهاد وصنف هو اللفظ الجوقري فى رد خباط الجوقري والكر على عبد البر و غضب التجار على ابن الأبار والصارم الصقيل فى قطع الطويل والقول المجل فى الرد على المهمل وكل ذلك حين مقامه بمكة آساء فيه الادب على عالم الحجاز بما يستحق التعزيم عليه

77) In Cod. legitur صاحب^o : quare fortasse restituendum est.

وبعض هذه المصنفات افكش من بعض ولم ار منها سوى اولها وهو مشتدل على اُرداء كثير للجوجرى ومزيد دعوى يستدل ببعضه على حقه بل على جته وأما الرابع فهو رد على البرهان النعماني حين قرا قول القاضي عياض في آخر الشفاء ويخصنا بخصيصي بالتثنية بعد ان كتب اليه ورقة فيها اساءة وغلظة لا تليق بمخاطبة طلبة العلم بحيث كان ذلك حاملا له على الاستغناء عليه وكتب بموافقة فيما قراه الامين الاقصرآي والعبادي والهامي والزين قاسم الخنفي والفخر الديمي وكتابه * وافرد القاري جزءا سماه القول المفصل في الرد على المغفل بل افرد بعض طلبة الجوجرى شيئا في الانتصار له وغضب الجوجرى ممن توجه لذلك لما تضمن من التنويه بذكر المقرض وكذا راسل الكمال بن ابي شريف وملا على الكرمانى بما لا يليق وارسل اليه الخطيب الوزيري بولده الى الرخصة ليعرض عليه فردّه معللا ذلك بانه لا يستكمل اباه للوصف بكذا وكذا وكتابه دون هذا لا يهتصيه ولما تكلم بعض الطلبة في تكفير ابن عربي قال انه يؤذن من الله بحرب وما عسى ان يفعل فيه الحكام وان الذي يراه ما لا يوافق عليه المعتقد والمنتقد اعتقاده تحريم * النظر في كتبه ثم نقل عنه انه قال يحرم النظر في كلامي وهو ممن اخذ هذا المذهب عن ابي عبد الله محمد ابن عمر المغربي النازل بالقرب من مدرسة قراقعا الحسنى فقد تردد اليه دهرا الى غير هذا ولو شرحت امره لكان خروجا عن الحد وبالجملة فهو سزيع الكتابة لم ازل اعرفه بالهوس ومزيد الترفع حتى على امه بحيث كانت تزيد في التشكى منه ولا زال امره في ترايد من ذلك فوالله تعالى يلهمه رشده وقد ساعده الخليفة حتى استقر في مشيخة البيبرسية بعد الجلال البكري وخمد من ثم بل جمد بحيث رام ستر نفسه بقوله تركت الاقراء والافتاء واقبلت على الله تعالى وزعم قبل ذلك انه رأى مناما يقتضى ذم النبي صلى الله عليه وسلم له وامره خليفته الصديق رضى الله عنه بحبس سنة ليراجع الاقراء والافتاء حيث التزمه تركها وانه استغفر وترك هذا الالتزام بحيث لو جىء اليه بفتيا وهو مشرف على الغرق لأخذها ليكتب عليها ثم لم يلبث ان قال ما تقدم وفارقه المحيوي بن مغيزل لما رأى منه الجفاء الرايد بعد كونه القائم بالفتوية به وذكر عنه من التعاطف ما يصدق فيه الحال ومن ذلك

وكتبه مشيراً (مشير 1.) الى : Ad hoc vocabulum sequens pertinet in margine Codicis glossa :

خط مؤلفه.

*) Edidi, cum in Cod. legatur, وتحريم, quod nullo modo hic explicari posse videtur.

انه توسل عند البرهان الكركي الامام في تعيينه لحاجة كانت تحت نظره فاجابه وزاده من عنده ضعف الاصل وحضر اليه مع العلي سليمان الخليفتي لقبض ذلك فما قال له جويت خيرا ولا ابدى كلمة مؤذنة بشكره ونقل له مرة عن السنباطي بعد موته ما يؤذن بجفاء منه فقال له لم تعلمني بهذا الا بعد موته فقال لتعلم بواطن الرجال هذا مع مزيد احسانه اليه سيما في زمن الغلاء وقطع خبز الشيوخونية وطعامها بحيث كان يعطيه في كل اسبوع دينارا حسبما صرح به عن نفسه وكذا فارقه بعض بنى الاتراك ممن شقعه بعد ان كان حنфия مع كونه مبتدئا لمزيد احسانه اليه واقباله عليه بل فارق المغربي الذي كان يزعم انه الغاية في الولاية والفتح القرني ومن هوسه قوله لبعض ملازميه اذا صار الينا القضاء قررنا لك كذا وكذا بل تصير انت الكل ثم لما كان في سنة ثمان وتسعين قام عليه الشيخ ابو النجاء ابن الشيخ خلف واظهر نقصه وخطاه وانقمع منه وذل الى الغاية ومدح الامام الكركي ابا النجاء حسبا كتبت في ذلك كله في الحوادث وقبل ذلك كتب مؤلفا سماه الكاوي في الرد على السخاوي خالف فيه الثابت في الصحيح مع اني لم اتكلم في المسئلة الا قبل بل مذهبي فيه ترك التكلم اثباتا ونفيا فسبحان قاسم العقول قلت قد صرفه العادل طوماني باى عن مشيخة البيبرسية يوم الاثنين ثاني عشر رجب سنة ست وتسعمائة حين تحزب عليه جمع من مشايخ صوفية المدرسة بسبب بيسه معهم ومعاندته لهم بحيث اخرج وظايف كثير عنهم وقرر فيها غيرهم وحصل له اهاقات من ترسيم واساءات وامر ينفي وكانت حكايات واستقر به بعده في المشيخة لايشين البليبي المعروف بابن البلان يوم الاثنين سادس عشرى الشهر المذكور مع وجود من هو اعلا منه في الفضل ولكن العظ اغلب الا انه غير مطمئن خوفا من تحريك الجلال معه لرعبه اكراه العادل له على الاشهاد باسقاط حقه وكان حصل تحرك الجلال الا انه لم يستمر وتزلزل ان ذاك امر البليبي ثم سكن امر الجلال واعرض عنها وعن مشيخة الحديث بالشيخونية زاعما طلب التزهد في الدنيا وانقطع بسكنه في الروضة وبلغنى دخول جماعة من اعيان الامراء عليه للزيارة فلم يقيم لهم وعرضت عليه مشيخة البيبرسية حين وفاة البليبي يوم السبت خامس عشرى ذى الحجة سنة تسع وتسعمائة فامتنع من قبولها فوليها الكمال الطويل يوم الاثنين سابع عشرى الشهر المذكور بعد سعى ببذل فيما قيل واستمر الجلال على انقطاعه بسكنه بالروضة الى ان مات يوم الخميس ثامن عشر جمادى الاولى سنة احدى عشرة وتسعمائة رحمه الله وايناها

Abdorrhahmān filius Abou-Becri, filii Mohammedis, filii Abou-Becri, filii Othmānis, filii Mohammedis, filii Khalīli, filii Nasri, filii al-Khidhri, filii al-Homāmi — Djalālo-ddin, filius Camālo-ddīni, filii Nasiro-ddīni, Ojoutensis origine, e Toulounidarum gente, Schāfēīta, notus nomine *Ibno-l-Osjouti*.

Natus est prima nocte mensis Radjab anno 849, matre ancilla Turcicā et adolevit orphanus, Memoriter didicit Koranum et librum *al-Onda* ⁵⁷, et *al-Minhādj fi-l-Fores* ⁵⁸, cum parte *al-Minhādj fi-l-Osoul* ⁵⁹, et *Alfjam de grammatica* ⁶⁰. Cognitionis suae specimine edito ⁶¹, anno 84 scholas frequentavit *Schamso-ddīni Mohammedis Ibn Mousa Hanefitas*, Imami (Academiae) as-Schaikhouniae, de Grammatica, et *Fakhro-ddīni Othmānis al-Maks* ⁶², et *Schamso-ddīni al-Bāmī* ⁶³, et *Schamso-ddīni Ibno-l-Fālātī* ⁶⁴, et *Schamso-ddīni Ibn Jousef*, unius e praestantissimis Doctoribus Schaikhouniae, et *Borkāno-ddīni al-Adjlounī* ⁶⁵, et secundum quosdam *Borkāno-ddīni an-Nomāni* — partim in Jurisprudencia, partim in Grammatica. Dein ad altiora proventus est, donec legit aliquot de Jurisprudencia libros in scholis *Alamo-ddīni al-Bolkīni* ⁶⁶; adfuitque apud *al-Monāwīum* ⁶⁷ per tempus brevissimum, eique urbanitatis suae specimen dedit, quum diceret ei, dolore affectus quod sederet alto loco in coetu nobili: » Debesem ⁶⁸, juvenis quum sim, non sedere nisi infimo circuli loco

57) Conf. supra ann. n^o. 12.

58 et 59) Conf. supra ann. n^o. 13.

60) Vid. supra ann. n^o. 14.

61) Ita verto vocem عرض, exhibuit, nempe: cognitionis suae specimina, qua significatione in hocce Cod. saepius occurrit. Videntur juvenes, antequam ad scholas theologicas juridicasque admitterentur, examini se submittere debuisse, quo probarent se supra commemoratos libros fundamentales memoriae mandatos habere.

62) Erat hic: عثمان بن عبد الله بن عثمان الفخر أبو عمرو المقيسي الشافعي, natus a^o. 818; obiit a^o. 877 (teste Ms. 518 p. 102). De vico *Maks*, unde ejus nomen relativum ductum est, vid. Sacy *Chrest. Arab.* T. I p. 171, edit. 2ae.

63) Nempe: محمد بن أحمد بن أحمد بن أحمد الشمس البامي, natus a^o. 820; obiit a^o. 885 (teste Ms. 518 p. 141).

64) محمد بن علي بن علي بن محمد القوصي الشافعي ويعرف بابن الغلاتي, natus a^o. 824; obiit a^o. 870 (teste Ms. 518 p. 166).

65) De isto viro nihil mihi innotuit. De oppido *Adjloun*, unde ejus nomen relativum ductum est, conf. *Aboukedaï Fabul. Syriae* (ex edit. Koehler) p. 47 in f., itemque p. 13. Obiter quoque ejus mentionem fecit Herbelot. in v. *Agialoun*.

66) Vid. supra ann. n^o. 17.

67) Vid. supra ann. n^o. 26.

68) Notatu dignus est hic usus verbi كان in vita communi recentiore tempore. Vispe aliud

inter homines tantae, quantae hi sunt, dignitatis." Tunc vero totum se scientiis vovit, accepitque a *Saifo-ddino* ⁶⁹, et *as-Sohomonnio* ⁷⁰ et *al-Cāfjāschko* ⁷¹ Hanefitis; ab unoquoque igitur horum aliquid ad diversas doctrinas pertinens, atque, ut ipse dixit, a *Schihābo-ddino as-Scharimsāhi* partem commentarii ipsius in librum *al-Madjmou'* ⁷² ab *al-Callāo* scriptum, et ab *Izso-ddino al-Mikāti* ⁷³ tractatum, quod ipse composuerat, de horologio, et a *Mohammede Ibn Ibrāhīm as-Scharwānī ar-Roumī* ⁷⁴, medico *Kāhirae*, compendia duo de Medicina auctore *Ibn-Djamā'a* ⁷⁵, et ab *Izso-ddino Hanbalita* ⁷⁶ exercitationes quasdam de doctrinis fundamentalibus ex *Djam'o-l-Djawāmi* ⁷⁷. Hic desinunt quae ipse narravit. Adhaesit quoque mihi ⁷⁸ aliquantum temporis et scripsit ad me in longa epistola oratione solutā (inter alia haecce verba): » Et non invitati accessimus ad vinum ejus liberalitatis, et in genua procumbere fecimus camelum adversitatis nostrae in arcis illius bonorum amplitudinis" ⁷⁹. Imo laudavit me

exemplum quo interpretationem meam tuear? Evolve *MI Noct.*, edit. Habicht, T. II p. 333 vs. 9; ubi invenies; كُنْتُ اشعرتني بهذا الامر لاوطن نفسي عليه, i. e. *debuisses certiore me facere hac de re, ut animum praeparare ei potuissem.*

69) Vid. supra ann. n° 41.

70) Vid. supra ann. n° 30.

71) Vid. supra ann. n° 40.

72) Vid. Hadji-Khalifa in *v. المجموع في علم الفرائض*. De nomine relativo *Scharimsahi* vid. supra ann. n° 15.

73) Valde obscure haec vox in Cod. scripta est, ita ut vehementer dubitem an recte se habeat. Si *مواقيت الميقاتي* legeris, nomen hoc ei datum erit ab arte quam exercebat, faciendi nempe *مواقيت horologia.*

74) Natus hic est a° 778, obiit a° 873 (teste Ms. 416 p. 85). Nomen relativum *الشرواني* *شروان* مدينة بدريند بناها أنوشروان فأسقط secundum Lobbo-I-Lobab referendum est ad *انو تخفيعا.*

75) Est ille: *عز الدين محمد بن شرف الدين أبي بكر*, natus a° 759; obiit a° 819. Secundum Sojoutium (Ms. 113 fol. 207a) fere mille scripta reliquit.

76) Ejus nomen est: *احمد بن ابراهيم بن نصر الكنانى قاضى القضاة ابو البركات عز الدين الحنبلى*. Obiit a° 876 (teste Ms. 416 p. 49 seq.).

77) Significatur hoc loco *جمع الجوامع في اصول الفقه لتاج الدين ابن السبكي*. Conf. Hadji-Khalifae Lexicon.

78) Tenendum est, esse *as-Sakhawium* ipsum, qui hic loquatur; cujus verba epitomator fere usque ad finem hujus fragmenti sedulo reddidit.

79) Vult nempe Sojoutius, se in aerumnis liberali *Sakhawii* ope magnam levamen esse nactum.

etiam aliis scriptis, tam poeticis, quam prosaicis, sicuti ostendi alio in loco. Simili modo per breve tempus frequentavit⁸⁰ scholas *Zaino-ddīni Kāsimi Hanefitae*, et *al-Bikāti*⁸¹. Et exercitavit se in poësi institutione usus *Schihābo-ddīni al-Mansouri*⁸². Audivit et optimos complures e traditionis Doctoribus, cum ipsa traditione simul auctoritates ejus allegantibus, quales sunt: *al-Kammāsi*⁸³, et *al-Hidjāzi*, et *as-Schāwī* et *al-Mactoumī*⁸⁴ et *Naschwān*. Ac reliquit patriam terram⁸⁵, et dederunt ei ex Halebi urbe multi diplomata, e quorum numero *Ibn Mokbil* est; ultimus autem qui ex eruditis Halebensibus ei diploma dedit, est *Salāho-ddīn Ibn-Abī-Omar*; neque ille (tum adhuc) magnos studiorum progressus fecerat⁸⁶ in omnibus quas (supra) indicavi, doctrinis. Dein iter fecit Fayoumum et Dimjātam et al-Mahallam et in alias urbes, scriptoque collegit plurimorum poëtarum Carmina, quae ipsos recitare audiverat, ut *al-Mohjawī*; *Ibno-s-Sakīja*⁸⁷ et *Alāo-ddīni Ibno-l-Djanadī*⁸⁸ *Hanefitae*; dein Meccam per mare,

80) Praepositio ل hīc, ut saepissime, vim habet praepositionis الى, quacum haec forma 5^a construitur.

81) Significatur: ابو الحسن ابراهيم بن عمر بن حسن برهان الدين البقاعي الشافعي, natus a. 809 (teste Ms. 416 p. 45). Annus ejus obitus mihi non innotuit.

82) Nomen hujus poëtae celebris erat: احمد بن محمد بن علي شهاب الدين المنصوري ويعرف بالهاشم. Natus est a. 798 aut 799, obiit a. 887 (teste Ms. 518 p. 60).

83) In Cod. scriptum est القيصي. Non dubito autem, quin recte القيصي restituierim, quod nomen relativum, teste *Sajoutio* in لب الباب, refertur الى بيع القيصان. Caeterum hic *Kammasi* mihi plane ignotus est; nec reliquorum etiam virorum ullum novi, nisi forte al-Hidjazium, quem suspicor esse: ابو الطيب احمد بن محمد بن علي الشهاب الحجازي الشافعي المقرئ, natum a. 790, mortuum a. 875 (teste Ms. 518 p. 55).

84) In Cod. ita hoc nomen scriptum est, ut legeres الملتومي, quod quia plane insolitum est, pro ل litteram ك substituendum putavi; enim مكتومي, teste *Sojoutio* in لب الباب, est

nomen relativum, ductum a مكنوم جد (a proavo aliquo *Mactoumo*).

85) وهاجر in Cod. ita scriptum est, ut etiam وهاجم legi posset. Dubium vero est quoque, utrum pro verbo habendum sit (quod mihi probabile visum est), an pro nomine doctoris, quod antecedentem illum catalogum claudat; هاجر enim tanquam nomen proprium haud insolitum est.

86) Notandus est usus verbi مع in formā, quam Cod. diserte offert, 2^a, significatione transitive formae 1^{ae}. Eodem plane modo usurpari videmus formam 4^{am} in *Hariri Consess. ed. Sacyanae* p. ٢٨ vs. 8.

(87) Hujus nomen est: ابو الفتح عبد القادر بن ابراهيم محيي الدين المحلى الشافعي

mense Rabio secundo, anno 69, et pauca quaedam didicit ab *al-Mohjanite Abdelkadir Malicita*, et desumpsit (complura) a socio nostro *Ibn-Fahd* ⁸⁹ inter alios, et plures uno ei permiserunt, ut acquisitâ suâ cognitione utilem se praestaret et doceret. Favique ei auxilio suo *Alamo-ddin al-Bolkini* ⁶⁶, donec adeptus est principatum Jurisprudentiae in Templo Cathedrali Schaikhounio, qui principatus ei (velut haereditario jure) a patre ⁹⁰ acceptus fuit; idemque una cum eo aliquot concessibus in eo adfuit.

Tunc vero omnes collegit vires suas ⁹¹, ac Doctorem se exhibuit, et applicuit se vasis doctrinarum generibus, praesertim iis, quae ad hoc munus spectarent. Quo tempore autem frequenter me adibat, clam subduxit ex scriptis, quae ipse composueram, complura,

السقيية ويعرف بابن السقيية; natus a°. 835, obiit a°. 907 (teste Ms. 518 p. 99). Animadvertendum est, pro مَحْيِي الدين in hoc Cod. perpetuo المَحْيِي dici: eodem modo quo pro الفخرى الدين dici potest الفخرى. Vid. Sacy, *Chrest. Arab.* T. I p. 30. ed. 2^o.

88) Illud nomen *Djanadi* pronuntiavi, quamquam variis modis effertur ab Arabibus, ut patet ex Sojoutii in libro لبّ اللباب verbis: الجندى بفتح تين ومهملة الى بلد باليمن ويطن من العافر (?) وسكون النون الى جند بلد على طرف سيحون والجند طائفة من التركمان وجندة جد وبالضم والسكون وهو العسكر وجندة. [In hoc loco pro mendosa المعافر, sine dubio substituendum est المعافر, quod nomen est magnae tribus Arabum a Kahtano oriundorum; porro pro وسكون legendum ويسكون; et denique ultima verba sic emendanda videntur: وبالضم والسكون الى الجند وهو العسكر وجندة. Nempe extremum vocabulum nomen proprium est tractus, in eâ regione siti, quae vulgo سواد العراق vocatur. H. E. W.]

89) Ibn-Fahd, qui hic significatur, est sine dubio idem ille, de quo Herbelot. mentionem injecit in v. *Fahad*. Collato enim Catalogo Bibl. Reg. Paris. n°. 1556 (quo numero ibi Ms. ille liber, ab Herbeloto commemoratus, offenditur), apparet, auctorem istius operis, nomine قهد celebratum, Meccae vixisse medio saeculo nono.

90) Nempe Sojoutii pater eodem munere antea functus erat.

91) Ita verto أنجمع, quae 7^a forma mihi nondum occurrit nec in Lexicis traditur. Talis autem notio verbo omnino inest. Dicitur enim in 1^a forma جمع قلبه vires suas collegit, et in 8^a, saepissime cum 7^a congruente, اجتمع ad virilem pertigit actatem, nullâ aliâ notione primariâ, nisi collectis et intentis viribus fuit; imo dicunt مشى مجتبعاً properanter, cum virium intensione, incessit. Conf. Freytag. Lex.

ut: *Proprietates animi indicantes errorem* ⁹², et *Nomina Prophetas*, et *Preces pro Propheta*, quem *Deus gratia sua beati*, et *Mors liberorum*, et alia quas hic enumerare non vacat. Imo sumit e libris Scholae Mahmoudi alisque multa scripta antiqua, quae plurimis hujus temporis hominibus incognita erant, in variis disciplinis, mutavitque in eis perpauca ⁹³ aut transposuit, eaque sibi ut auctori tribuit, magnoque fastu protulit ⁹⁴ in eorum praefationibus talia, ex quibus lector ignarus exspectaret aliquid, quod non pro parte quidem expletur. Primum autem quod in lucem edidit est volumen ejus de damnatione logices, quod excerpserat e libro *Ibn-Taimījas* ⁹⁵, meoque auxilio usus est in maxima ejus parte. Tum vero ei se opposuerunt viri praestantissimi, adeo ut *Alamō-ddīn al-Bolkīnī* eum a se repelleret eique eriperet ⁹⁶ quod dictaverat illi hac de quaestione, et nisi ego dulcibus verbis multitudinem placassem, ut *al-Anbāsīum* ⁹⁷, et *Ibno-l-Falātīum* ⁹⁸, et *Ibn-Kāsimum* ⁹⁹, accidissent res nihil boni secum ferentes. Et similiter docebat ⁹⁹ multitudinem de plebe in Templo Cathedrali Toulouni ¹⁰⁰; quin

- 92) Hic sensus titulo tribuendus est sicut in Cod. datur; attamen supra, inter scripta Sojoutii recensita, alio titulo occurrit, quo patet hic in Cod. menda adesse. Ibi enim haec verba leguntur (et eadem edidit Flugelius in *Annal. Vindob.* loco supra laudato): بزوغ الهلال في الخصال الموجبة للظلال, i. e. *Ortus lunae de animi proprietatibus, quibus necessario Paradisus erit praemium.*
- 93) Vox شويًا in Cod. obscure scripta est, attamen e literarum ductibus effici potest, sensuique omnino est apta.
- 94) هول, proprie: *vestibus monilibusque se ornavit*, hoc loco transfertur ad fastuosas Sojoutii praefationes, in quibus aliorum opera tanquam sua venditabat, alienisque quasi ornamentis splendebat.
- 95) De Doctore aliquo, vulgo hoc nomine dicto, qui mortuus est a. 728, mentionem fecit Herbelot. in v. *Taimiah*. Idem nomen etiam Doctori alii proprium exstitit, cujus (a. 621 mortui) vita offertur apud Ibn-Khallic. n. 668. Definire non possum ab utro horum liber hīc commemoratus, de quo nihil alibi proditum reperi, profectus sit.
- 96) Sensum loci sic accipio, ut al-Bolkini, iratus quod Sojoutius dictatis suis abusus esset hae in quaestione, aut tale quid veritus, propterea ista dictata ei eripuerit.
- 97) Erat ille: عبد الرحيم بن ابراهيم بن حجاج زين الدين الانباسي الشافعي, natus a. 829; obiit a. 891 (teste Ms. 518 p. 96).
- 98) Ejus nomen est: محمد بن قاسم بن علي شمس الدين المقيسي الشافعي. Natus est a. 817, obiit a. 893 (teste Ms. 518 p. 171).
- 99) Animadvertatur haec significatio 2ae formae verbi درس.
- 100) De hoc Templo, ab Ahmede Ibn-Touloun condito, conf. Taconis Roordae Specimen, vitam ejus exhibens, p. 28 seq.

prae reliquis eorum, iis favebat, qui nulla re excellabant ¹⁰¹, ut illud ipsum (ei) commendatio exstiterit ad promovendam causam pupilli sui ¹⁰² *Schikhābo-ddīni Ibnō-Tabbākh*, ita quidem, ut educandum eum curaverit in aedibus *Barsabāji*, *Ostadāri consortii* ¹⁰³. Adhaesit autem *Ainālo al-Aschkaro*, *Praesidi praefectorum secundi ordinis* ¹⁰⁴, donec eum constituit in munere docendae traditionis in schola *Schaikhounia* post mortem *Schaikhi Othmānis al-Maksi* ¹⁰⁵, etsi reliquerat filium; eodemque modo constitutus est ¹⁰⁶ in eadem (scholā) in munere explicandorum primariorum de Traditione operum, quamquam haud congruebat ille conditioni de ambobus istis muneribus a legatore praescriptae ¹⁰⁷. Etiam (constitutus est) in munere docendorum in-

- 101) Legendum videtur بل صار على بعضهم لمن, omisso altero على, ut sensus pendeat ab opposita vi praepositionum ل et على. Significat, Sojoutium etiam ex istis de plebe adolescentibus iis maxime favisse, qui nihil habent quo se commendarent. Arabica verba proprie significant: qui nulla in re pulchri essent.
- 102) Non dubito, quin وصى, quod dubiae potestatis vocabulum est, hic *pupillum* (alicujus curae *commendatum*) significet. Nomen quod sequitur, mihi plane ignotum est; sed videtur nomen esse adolescentis, cujus tutor constitutus esset a defuncto patre Sojoutius. Hujus igitur adolescentis causam ideo potissimum promovisse hic dicitur, quod nulla ingenii animive virtute maximopere excelleret.
- 103) Nomen *Barsabaj* his temporibus haudquaquam insolitum est inter Mamlucos Circassios. Ipse eorum Sultanus ordine octavus hoc nomen gerebat; conf. Herbelot. in v. *Barsebai*, et *Mau-red allatafet Jemaleddini filii Togri-Bardii* (ex edit. J. D. Carlylii, Cantabrig. 1792), p. 118. De *Barsabajo*, cujus hic mentio fit, nihil aliunde comperi; quod vero attinet ad nomen dignitatis, quo ornatur, conferatur *Mau-red allatafet* l. l. annot. p. 41, ubi Carlylius attigit quidem titulum *استدار*, at de vocabulo hic ei subjuncto, *الصكبة*, non dixit. Ex addita autem ista voce statim apparet, *Ostadari* (h. e. *Magistri Palatii*, *Majoris Domūs*) dignitatem ejus fuisse naturae, ut continenter ejus consortio uteretur Sultanus. Conf. in primis quoque Sacy *Chrest. Arab.* T. II p. 60, 62 ed. 2^{ae}.
- 104) *Ainali* nomen itidem inter Mamlucos Circassios saepius offenditur. Conf. *Mau-red allatafet*, l. l. p. 128 et 129. De nomine dignitatis *رأس توبة التوب* ibidem conf. Carlylii annot. p. 41.
- 105) Vid. supra ann. 62.
- 106) Hanc significationem simpliciter habere videtur *استقر*; Diversum enim est illud munus, quod hic *اسماع* vocatur, a *تصدير الفقه*, quam provinciam jam antea in ista schola adeptus erat.
- 107) Quod nempe doctores istius scholae, in sua quisque disciplinā, viri totius Aegypti doctissimi esse deberent. Omnia melius intelligentur, si ex *Hosno-l-Mohadhara* quae de ista schola dicuntur hic adjungamus:

stitutorum Souficorum in *Sepulero Barkouki* ¹⁰⁸, *Vicarii Syriae*, juxta portam al-Karāfae (urbis Kāhiraē) sito, auxilio popularis sui *Abou-t-Taijib al-Osjouti*, aliisque in muneribus. Omnia ista adeptus est, quamvis nullo adhuc modo iis fungendo par esset ¹⁰⁹; et hac de causa dicebatur, eum spumasse antequam tensus esset ¹¹⁰. Tunc vero effrenato modo usus est lingua et calamo suo erga doctores suos, quique his superiores erant, ita ut diceret de Judice *Adhododdino*, eum non esse hastae ictum in pede *Ibnos-Salāhi* ¹¹¹; et castigatus est propterea a quodam Vicario ad Hanbalitarum sectam pertinente, praesente eorum Judice ¹¹². Laesit quoque *as-Saijidum* ¹¹³ et *Radhjud-dinum* ¹¹⁴ in quaestione grammatica, dictis quibus fundamentum satisfaciens non ad-

خانقاه شيخو

بناها الامير الكبير راس نوبة الامراء الجمدارية سيف الدين شيخو العمري جالبه
خوارجا عمر واستاده الناصر محمد بن قلاون ابتداء عمارتها في المحرم سنة ست
وخمسين وسبعمائة ورتب فيها اربعة دروس على المذاهب الاربعة ودرس حديث ودرس
قرآءات ومشيخة اسماع الصكيخين والشفاء وشرط في شيخها الاكبر وهو
شيخ حضور التصوف وتدريس الكنفية ان يكون اعلم الكنفية بالديار المصرية وان
يكون عارفا بالتفسير والاصول وان لا يكون قاصيا وهذا الشرط عام في جميع ارباب
الوظائف بها

- 108) De vocabulo *تربة* etiam conf. Carlyle l. l. ann. p. 27. Nomen *Barkouk* istis temporibus etiam consuetum erat. Vid. ibidem p. 93, et Herbelot. in *Barcok*.
- 109) Talis videtur significatio tribuenda proverbiali locutioni *لا يَصِلُ ولا كاد*, non pervenerat (eo quo par erat), nec vel parum inde aberat.
- 110) Obscoenum hoc proverbium, sumtum esse videtur a spumâ quae per libidinis aestum ex ore emittatur, atque a tenso membro virili; itaque usurpari de eo, qui immature ad rem quandam pervenerit.
- 111) Historia horum virorum quam ignota mihi sit, plura de ea dicere nequeo. Videtur controversia inter eos agitata fuisse, et *Sojoutius* in detrimentum *Adhododdini* dixisse, eum ne tantum quidem valere, quantum valeret vultus hastâ inflictum pedi *Ibnos-Salāhi*.
- 112) Conf. Carlyle l. l. ann. p. 42 [ann. 77].
- 113) Erat ille ابو الحسن على بن محمد بن على السيد زين الدين الحسيني الجرجاني المعروف بالسيد الشريف الكنفي عالم الشرعي ويعرف بالسيد الشريف. Obiit anno 816 (teste Ms. 518 p. 108 seq.).
- 114) Fortasse significatur رضي الدين بن الضيا الكنفي, cujus vita breviter traditur a *Sojoutio* (Cod. 416b p. 86), quamquam ex isto loco non liquet eum grammaticum fuisse. Natus est anno 790, obiit a°. 858.

ducebat, ita ut coram quodam peregrino aperte ea revocaverit. Hic enim quum ei adesset dixit: » Perhibuisti *as-Saijidum* al-Djardjānium dixisse, literam ab origine significationem nullam habere, nec in se ipsā nec in aliis (quibuscum jungatur) vocabulis ¹¹⁵; at vero hoc (quod tibi monstro) effatum as-Saijidi manifesto declarat, te mentitum esse in eo quod perhibuisti." Respondit: » equidem non vidi ullum ejus effatum, at quum Meccae essem, collocutus sum cum quodam viro praestantissimo de hacce quaestione, qui mihi tradidit quod narraui, et ego ei fidem hac in re tribui." Dixit alter: » hoc mirum est in viro qui suscipit scripta edere, quomodo alteri fidem habeat tali in re, et quidem si de hoc doctore agatur." Huc usque ea narratio pertinet. — Et dixit, eum qui audierit Radhijoddīnum et doctores huic similes, non adscendisse ad eum gradum ut satis haberet (scientiae), quo mediocriter expertus ¹¹⁶ in Grammaticā vocaretur. Nec desiit jactare verba, eo quidem usque ut dixerit, se donatum esse profundā peritiā in septem disciplinis *caet.* ¹¹⁷

Et dixit etiam, licere omnibus viris doctis hujus temporis ipsi complura millia quaestionum parare, seque scripturum esse de iis responsa ita instituta, ut propriam sibi et privam de singulis sententiam proferret; se vero iis adornaturum esse quaestiones secun-

115) [Apud Arabes vocabulum حَرْفٌ ambiguae est potestatis: aut enim simplicem *litteram*, aut *particulam* (unā saepe litterā constantem) exprimit. Jam vero, ut nulla unquam حَرْفٌ (*littera*) quicquam per se significat, ita quaeque حَرْفٌ (*particula*) necessario, ut reliquae omnes linguae partes, propriam sibi potestatem subjectam habet. Unde etiam Arabes, si حَرْفٌ (*particulam*) ab حَرْفٌ (*litterā*) accuratius definiendo distinguere volunt, dicunt حَرْفٌ جَاءَ لِمَعْنَى, talis حَرْفٌ, cui sensus est *subjectus* (conf. Sacyi *Anthol. Gr. Ar.* p. 107, 361, 385). E dictis abunde apparet, quam ridicule locuturus fuisset al-Djardjanus ille, si verba ejus ita se habuissent, ut a Sojutio citata essent. H. E. W.]

116) [مُشَارِكٌ dicebatur is qui aliquos progressus in arte fecerat; sic etiam in Abulfardji *Hist. Dyn.* p. 258 legitur: ولهم مُشَارِكَةٌ فِي عِلْمٍ. Vera autem vis hujus dictionis haec esse videtur, quod qui مُشَارِكٌ (hoc est *consors* in arte) dicatur, hoc nomine opponatur ei qui *unicus* in ea sit, et quocum igitur nemo comparari possit. Nos illud vocabulum satis bene exprimere possemus nostro: *die meel kan doen*. H. E. W.]

117) Totum illud fragmentum quod sequitur, sumtum est ex libro Hosno-l-Mohadhara, et supra in loci inde editi interpretatione a me jam versum est, p. 18 seq. Hic dedi quod in Codice inveni, quamquam miserrime corrupto, ut ex comparatione utriusque textus facile apparet.

dum numerum decimae partis, sed eos tamen his solvendis pares non futuros esse. Et peculiare scripsit opusculum de faciliore reddenda via ad gradum Modjtahidi (h. e. ad eum scientiae gradum, ut quis sibi propria habeat de quibusvis quaestionibus placita): quod fecit ut certius appareret, se sibi ipsi eam facultatem asserere. Et pulcherrime dixit doctor quidam de Arithmetica ¹¹⁸: » quod confessus est de se ipso, quo quidem in opinionem inducere homines volebat se aequum esse, insigniter probat ejus hebetudinem intellectusque absentiam, quoniam viri hujus disciplinae praestantissimi manifesto ostendunt, eam esse disciplinam acuminis." Hisce simile est dictum cujusdam: » sibi arrogat Modjtahidi gradum ut errores suos occultet." Simile ¹¹⁹ quoque est dictum ejus, quum ei adesset vir insignis quidam, qui cupiverat loqui cum eo de quadam quaestione: » fieri nequit, ut merces meae in scientia Theologiae Scholasticae mediocres nec in suo genere excellentissimae sint." Dixit ei alius: » certiore me fac de scientiis Modjtahido necessariis: an nemo superest qui eas noverit?" Respondit ei: » omnino supersunt qui in iis medioeriter sint versati, sed non ita ut collectae sint in uno, verum dispersim se offerant." Tum ille: » Memora mihi eos, ut nos eos tibi colligamus, et tu cum iis loquaris. Et si unus quisque eorum suae disciplinae te peritum esse confessus erit, et distinctum in ea locum tibi assignaverit, fieri poterit ut tibi assentiamur in eo quod tibi arrogas." Tum vero tacuit neque quidquam protulit.

Et commemoravit scripta sua numerum trecentorum excedere. Vidi ex iis quaedam quae uno tantum folio constant; quaeque quaternione minora sunt, multa inveniuntur. Et nominavit inter ea commentarium in poema as-Schätibija ¹²⁰ dictum, et Alfijam in decem Lectiones, quamquam confessus est, sicut supra vidimus, se in iis doctorem non habuisse. Et inter ea illius scripta, quae fraude diripuit ex libris Doctoris nostri ¹²¹, sunt: *Medulla citatorum de causis revelationis*, et *Oculus scopum feriens de cognitione Sociorum Mohammedis*, et *Acute dicta nova de Traditionibus supposititiis*, et *Via ad glossas interpretandi causa in textum invectas* ¹²², et *Liber memorialis sa-*

118) Respicit nempe ad verba Sojoutii, se ab Arithmetica valde abhorrere, ejusque cognitione nullá gaudere.

119) Affertur denuo specimen ejus insolentiae. Verba enim initialia نحو هذا et نحو ذلك ad res diversas spectare videntur, nec ordinem logicum in adducendis specimenibus servat auctor, sed promissae et confuse illa affert.

120) Vid. supra p. 7 ann. r.

121) Quis hic sit, quem Sakhawius *استاذ* Doctorum suum vocet, quodammodo incertum videri potest. Equidem tamen non dubito, quin respiciat ad Alamo-d-dinum al-Bolkini, sub cujus auspiciis Sojoutius diu doctrinas excoluit, quemque Sakhawius, ubi ejus vitam tradit, diserte شيخنا vocat. Conf. de eo supra ann. 17.

122) Conf. Flugelii annot. in *Anal. Vindob.* Vol. 60, Anz. Bl. p. 21 sub n^o. 456.

lumen quasrentis, exhibens eos qui Traditiones propagaverunt et (nonnulla) oblitī sunt, et Munusculum viri nobilis, continens succinctam explicationem locorum (in Traditione) dubiorum, et Quod tradiderunt narratores de rebus quae per pestem acciderunt, et Fundamentum de virtutibus Abbāsidarum, et Segmentum de nominibus Traditionariorum, qui falsos auctores nominarunt, et Remotio veli a nominibus relativis, et Sparsio croci, sistens Traditiones excerptas e Commentario magno ¹²³ — haec omnia scripta sunt Doctoris nostri; et utinam ea, quum diripuisset, non mutasset! Si enim illa tradidisset sicuti se habebant, sine dubio majorem praestitisset utilitatem. — Et inter ea ¹²⁴ plurima quidem alius sunt auctoris. Hoc teneatur, si (reverā) nominata illa existant omnia; sin minus, (ne hoc quoque mirum videatur): saepe enim vana et prorsus temere dicta effutire deprehensus est. Adiit me aliquando et narravit se legisse librum al-Mosnad ¹²⁵, scriptum ab as-Schāfeījo (cui Deus propitius sit), sub auspiciis al-Kammāsī ¹²⁶, et retulit mihi sine ulla ratione aliquid quod complectebatur mendacium ubicumque de eo latus restaret ¹²⁷. Eodem modo narravit auctoritate *Camālo-ddīni*, fratris *Djalālo-ddīni*, *al-Mahallī* ¹²⁸ somnium, de quo *Camālo-ddīnus* mendacii eum arguit. Et dixit mihi *Badro-ddīn*, Judex Hanbalitarum ¹²⁹: » non vidi eum legentem sub auspiciis Doctoris mei in libro *Djam'o-l-Djawāmi* ¹³⁰, nonobstante studio meo semper ei (Doctori) adhaerescendi. Sane vero ¹³¹, legebat sub ejus auspiciis in hocce opere

123) Hoc nomine significatur Commentarius Abou-l-Kasimi Abdolcarim ibn-Mohammed al-Kazwini, ad librum Abou-Hamidi al-Gazzali, inscriptum *الوجيز في الفروع*. Conf. Hadji-Khal. ad hunc tit.

124) *فيها* rursus respicit ad libros ultra 300, quos Sojoutius tamquam suos enumeravit. Et *الكثير*, cum articulo, in libris recentioribus saepissime usurpatur eo sensu, quo articuli absentiam expectares; plerumque vero tum vis superlativa ei subjecta est.

125) Vid. Hadji-Khalifa in hac v.

126) Vid. supra ann. 83.

127) I. e. *ab omni parte*. Quot verba, tot fere mendacia complectebatur.

128) Erat hic *أبو عبد الله محمد بن أحمد جلال الدين المحلى الشافعي*. Natus est a°. 791, obiit a°. 864 (teste Ms. 518 p. 137).

129) Badroddin ille mihi ignotus est; de munere autem ejus conf. Carlyle l. l. ann. p. 42.

130) Nempe Sojoutius perhibuerat, ut patet ex iis quae supra p. 21 vs. 25 seq. exstant, se didicisse quoque ab Izzoddino Hanbalitā, hoc opus explicante.

131) Vox *نعم* continet affirmationem verborum praecedentium, quae adhuc quandam dubitationem includebant. Nunc enim certior fit narrator, quomodo res se habuerit, recordatus scilicet ipsum virum, qui tunc temporis, quo Sojoutius prae se ferebat, in illo opere coram isto Doctore legisset. Eodem fere sensu illam vocem usurpatam vidi in *Chrest. Arab.* Sacyanā, T. I p. 365 vs. 3 a f. edit. 2^{ae}.

Khairo-dān ar-Rischi ¹³² Nakibi munere fungens." Dixit: » fortasse aderat ille simul ¹³³." Respondit: » non vidi illud." Et dixit, se quum esset Meccae, composuisse librum *Odorem moschi et munusculum Meccanum*, quaternione contentum, ad exemplum libri *Onwāno-s-scharaf* ¹³⁴, auctore Ibno-l-Mokri ¹³⁵, uno die; et se composuisse *Alfjam de Traditione*, Alfijā al-Irākī ¹³⁶ praestantiorē; et plura hujus generis jactavit, quorum longior est expositio: quale est ejus dictum (quod exemplum est probans mendacii noxam esse oblivionem) aliquo in loco, se memoriā tenere partem libri *al-Minhādj de doctrinis fundamentalibus* ¹³⁷, et alio in loco, se totum illum tenere. Itemque, post mortem Doctoris nostri ¹³⁸ dictationem intermissam fuisse, donec ipse eam instaurasset ¹³⁹. Et quale est quod perhibuit, primum qui se constituerit in Academia Schaikhounia, fuisse *al-Cafjādjum* ¹⁴⁰, licet hic non semel mihi dixerit: « per Deum! nisi eum constituisset an-Nādhirus ¹⁴¹ Turca, aut si soli mihi res fuisset demandata, non constituisset eum, quoniam sciebam alium quemdam solum isto munere dignum esse. Hisce adde, saepissime ei accidisse verborum immutationem erroremque in legendo, et alia, quae inde oriuntur quod non intellecta sit sententia; quoniam non ingerebat se frequentiae virorum praestantissimorum in exercitationibus ipsorum, nec inter illos sedebat in eorum vespertinis nocturnisque consessibus, sed seorsim discebat e codicum librorumque penetralibus, et adminiculis utebatur, quibus non acquiescere solent ii, qui solidā ratione artes colunt. Et opposuerunt se illi omnes universe homines, postquam sibi arrogaverat facultatem Modjtahidi; et composuit ille *Locutionem essentialem*

132) Nomen illud relativum obscure in Cod. scriptum est; attamen e literarum ductibus الریشی effici debere videtur. Ceterum nomen relativum, non minus quam ipse vir doctus qui eo insignitur, plane mihi incognitum est.

133) Si pro معها, sensum non aptum offerente, legamus مَعًا, nulla difficultas manet.

134) Vid. inprimis Hadji-Khalifa in hac v.

135) Ejus nomen plenius est: أبو محمد اسمعيل بن أبي بكر بن عبد الله المقرئ شرف الدين البيماني الشافعي. Natus est a. 754, obiit a. 837 (teste Ms. 518 p. 70).

136) Vid. Herbelot. in v. *Eraki*. Et praesertim Hadji-Khalifa, qui cupientibus plura dat.

137) Vid. supra ann. 13.

138) Scilicet Alamoddini al-Bolkini. Conf. supra ann. 121.

139) Vult nempe, hoc mendacium esse: inter Bolkinium enim et Sojoutium alium (aut alios) intercessisse, qui dictandi munere functi essent.

140) Vid. supra ann. 40.

141) ناظر est nomen dignitatis isto tempore, quod Latine *Inspectorem* vertere possumus. Conf. Carlyle l. l. ann. p. 42 seq.

ad refellendam dementiam *al-Djudjarī*¹⁴², et *Impetum in Abdolbarrum*, et *Irak* praepotentis in *Ibno-l-Abbārum*, et *Gladium politum ad secundum at-Tawūlum*¹⁴³, et *Orationem summam contractam ad respondendum contra temere et sine significato prolata verba*. Haec omnia fecit tempore commorationis suae Meccae, et in his neglecta humanitate homines Hidjāzenses¹⁴⁴ tam indecore tractavit, ut propterea castigatione dignus fuisset; horumque scriptorum alia aliis turpiora sunt. Non vidi ex iis nisi primum, quod continet magnum *al-Djudjarī* despectum et summam arrogantiam, quibus passim ostendit stultitiam suam, imo furorem suum. Quartum vero est refutatio *Borhāno-ddīni an-No'māni*¹⁴⁵, quum hic legisset illa verba *Judicis Ijādhi*¹⁴⁶ in fine libri *as-Schafā* *وَيَخْصِنَا بِخَصِيصِي* in duali numero¹⁴⁷; quam composuit postquam prius ad illum scri-

- 142) Nomen viri, hoc scripto a Sojoutio perstricti, erat: *محمّد بن عبد المنعم بن محمّد بن شمس الدين الجوجرى ثم القاهري الشافعي*. Natus est a°. 822, obiit a°. 889 (teste Ms. 518 p. 160). Nomen ejus relativum in libro *Lobbo-l-Lobab* refertur: *الى جوجم بلد*. *قرب سنود*. De urbe Aegypti *Djudjar* vide Hamakeri annot. in *Commentat. de expedit. adv. Dimyatham susceptis*, p. 73.
- 143) Suspicio, *الطويل* cognomen esse Doctoris cujusdam hujus temporis, quem Sojoutius injuria affecerit in hoc opusculo. Fortasse significatur *كمال الدين الطويل*, cujus mentio obiter in fine hujus vitae occurrit, de quo autem nusquam plura inveni.
- 144) Si in Cod. recte scriptum est ut edidi, *عالم الحجاز*, prius vocabulum necessario *عالم* pronuntiandum, et sic ut feci vertendum videtur. Mihi tamen ipsi significatio illa hic mira maximaeque dubitationi obnoxia est, multoque praeferrem pro *علما* legere, et vertere *Eruditos Hidjazenses*. In proximis verbis evidens est, pronomen *س* in *عليه* ad antecedens *ما* in *بها* referendum esse.
- 145) Nomen relativum *النعماني* ducitur ab *بغداد وواسط* (teste *Lobbo-l-Lobab*).
- 146) De eo ejusque opere vid. *الشفاء*, et *Herbelot*. in *v. Aijadh* et *Schafa fi tarif* caet. Ejus vita scripta est ab *Ibn-Khallicane* (ex *Ind. Tydem.*) n°. 522.
- 147) [In fine operis *الشفاء بتعريف حقوق المصطفى*, cujus egregium exemplum exstat in *Cod. Bibl. nostrae* 486 (Cat. n. 569), revera haec verba se offerunt: *وَيَخْصِنَا بِخَصِيصِي زَمْرَةَ نَبِينَا* *وجماعته*, et peculiarem nobis facere volet (Deus) peculiarem favorem turbae *Prophetae nostri* ejusque agminis. In quibus verbis evidens est, *خَصِيصِي* esse infinitivum illum foemininum formae *فَعِيَالِي*, quem etiam lexica verbo *خَصَّ* tribuunt; quomodo vero *Borhanoddinus* iste

pserat folium continens inurbana dicta et dura, qualia non conveniunt in alloquendo scientiae studiosos, ita ut hoc illum incitaret ad consulendas contra Sojoutium virorum doctorum epistolas: qui quidem ita responderunt, ut ei assentirentur in eo quod legisset *Amīno-ddīn al-Iksirā*¹⁴⁸, et *al-Obbādī*¹⁴⁹, et *al-Bāmī*¹⁵⁰, et *Zainoddīn Kāsīm Hanefī*, et *Fakhreddīn ad-Baijīmī*¹⁵¹, et scriptor hujus libri¹⁵². Et composuit ille, qui ita legerat¹⁵³, peculiarem tractatum, quem vocavit: *Orationem distincte explicatam ad refutandum socordem*; imo composuit quidam discipulorum *al-Djauđjarī* singularem scriptionem in ejus auxilium, sed irascebatur *al-Djauđjarī* ei qui illud inceperat, quoniam continebat nimiam celebrati laudationem. Eodem modo epistolam misit ad *Camāloddīnum ibn-Abi-Scharīf*¹⁵⁴, eamque replevit verbis minime decentibus contra *al-Cirmanīum*¹⁵⁵. Et misit

ibi in duali numero بِخَصِيصَتِي, aut fortasse بِخَصِيصَتِي, legere, et sic (salvo linguae usu)

commodum sensum verbis subjicere potuerit, equidem plane non intelligo; et magis etiam miror partium studium eorum eruditorum, qui nudā, ut videtur, Sojutii invidiā ducti, Borhanoddino illi adversus hunc adstipulati, aut certe illi non plane oblocuti sunt. H. E. W.]

148) Erat hic: أبو زكريا يحيى بن محمد أمين الدين الاقصرى القاهرى الحنفى, natus a. 797 aut 798, mortuus a. 880 (teste Cod. 518 p. 231). Nomen ejus relativum secundum Lobbo-l-Lohab refertur إلى اقصرأ من بلاد الروم, assentiente Cod. 518.

149) Est ille: أبو حفص عمر بن حسين بن حسن سراج الدين العبادى. Natus est a. 804, obiit a. 885 (teste Cod. 518 p. 109). Ad nomen relativum العبادى haec notat Sojoutius in Lobbo-l-Lohab: العبادى بالضم والتخفيف الى عباد بن ضبيعة وعبادة بن الصامت وعبادة حتى من العرب وبالضم والتشديد الى عباد بن ضبيعة فى قول منكر وبالكسر الى عباد عدة بطون

150) Vid. supra ann. 63.

151) Nomen relativum hoc, non minus quam nomen viri, mihi ignotum est. Videtur autem Codex teschdidum supra literam ع offerre.

152) Nempe as-Sakhawī. Glossa marginalis, quam hic in Cod. offerri dixi, وكاتبه مشير الى خط مؤلفه, significat: *vocabulum ET SCRIPTOR HUIUS LIBRI spectat ad autographum ipsius auctoris*, (non ad librarium qui librum dein descripsit).

153) Nempe Borhanoddin an-Nomani.

154) Significatur أبو الهنا محمد بن محمد بن ابي بكر كمال الدين ابن ابي شريف الشافعى, natus a. 822 (teste Ms. 518 p. 178).

155) Hocce tempore verosimiliter jam mortuum. Alium enim eo cognomine clarum non invenio, nisi على الكرماني علاء الدين نيسا, qui obiit a. 853 (teste Ms. 416 p. 84).

ad illum *al-Khatīb al-Wazīrī* filium suum in insulam Raudhae ¹⁵⁶, qui ei scientiae suae specimen daret ¹⁵⁷; at noster eum remisit, istius facti hanc causam praetendens, non posse se patri ejus (in responso suo) omnes quos oporteret titulos dare ¹⁵⁸, eumque tamen suam epistolam sine iis gratam non habiturum esse. Et ¹⁵⁹ quum quidam studiosorum locutus esset de impietatis crimine *Ibn-Arabīo* ¹⁶⁰ imputato, dixit: » scilicet annuntiat-ur illi bellum quod a Deo ei paretur, cum tamen nihil in illum facere Judex possit; etenim quod ille statuit e placitis, de quibus cum ipsius fide reliqui fideles et probae fidei examinatores non conveniunt, hoc est, quod illicitum declaret attendere ad libros suos ¹⁶¹. Dein tradidit ab eo, eum dixisse: » velitum est attendere ad verba mea." Ille autem ¹⁶² in eorum erat numero, qui hanc (*Ibn-Arabīi*) haeresin contraxerant ab *Abou-Abdollāh Mohammede Ibn-Omar al-Magribī*, qui habitabat prope Collegium *Karākihae al-Hasanī* ¹⁶³, cujus scholas frequentaverat per aliquod tempus. Plura adhuc addere possem, at vero si omnia ad eum spectantia explicarem, limites transgrederer. Paucis ut contraham quod mihi in mente est (et hoc quidem celeriter describi potest), quamdiu eum cognovi, insignivit se amentiam ¹⁶⁴ summamque superbiā, contra ipsam

156) Ubi Sojoutius villam possidebat, ut ex sequentibus patet.

157) Vid. de ista consuetudine quae dixi in ann. 61.

158) Quamquam sic ex his obscurioribus verbis sensus satis bonus efficitur, tamen negare nequeo, adhuc difficultatem aliquam mihi in constructione remansisse. Remota haec esset, si pro بالوصف legeretur بالوصف.

159) Hic sequitur reprehensio Sojoutii, quod *Ibn-Arabīum* defenderet, a nonnullis impietatis crimine notatum. Sojoutii verba hunc sensum habent: » Vos *Ibn-Arabīo*, cum eum impium declaretis, bellum minamini a parte Dei, quum tamen ipsi nihil habeatis, quo eum imputati criminis reum ostendatis. Ad scripta enim ejus attendere non licet, quum ipse hoc vetuerit."

160) Hic *Ibn-Arabī* is est, de quo Herbelot. mentionem injecit in *v. Arabi*. Nomen ejus est محمد بن علي بن العربي, sive ابن عربي sine articulo. Conf. infra etiam de illo Sojoutii طبقات المفسرين, n. 115. A nonnullis autem ista aetate impietatis accusabatur ob opus quod conscripserat sub titulo *أصوص الحكم*. Vid. Flugelii annot. in *Annalibus Vindob.* Vol. 59, Anz. Bl. p. 21 sub n. 155, ubi mentio fit de Sojoutii libello ad defensionem *Ibno-l-Arabīi* scripto.

161) Quia scilicet ex iis ipsum accusandi copia quaerebatur, verbis saepe vi illatā.

162) Nempe Sojoutius.

163) Est hoc sine dubio nomen alicujus e gente Mamloucorum Circassiorum, qui Collegium istud condiderit. Nomen relativum الحسنى ducitur (لَبّ اللباب teste) ab حسن بن علي بن ابى طالب والحسن البصرى وحسنة أم شرحيل وحسنة قرية بفارس.

164) Sic verti هوس, quae vox specialiter quidem indicat *furorem* libidinosi cameli, sed tamen et

quoque matrem suam, ita ut haec magnopere de eo quereretur; et continuo hae proprietates in illo incrementa ceperunt. Sed Deus O. M. aliquando (ut speramus) ei inspirabit ¹⁶⁵ ut rectâ viâ incedat.

Et promovit causam ejus Khalifa ¹⁶⁶, eo usque ut constitueretur in munere Doctoris Scholae Baibarsianae ¹⁶⁷ post Djalâloddînum al-Bacrî ¹⁶⁸; et ab hoc inde tempore sedatus est ejus ardor, imo congelatus; ita ut cónaretur se obtegere, dicendo ¹⁶⁹: » reliqui institutum docendi et Jurisconsulta edendi, et ad Deum O. M. me converti." Antea vero perhibuerat somnium se vidisse, hunc sensum habens ¹⁷⁰, prophetam, Dei favore dignissimum, ipsum vituperasse et successorem suum (*Abou-Becrum*) *Veracem* jussisse ipsum in carcerem conjicere in anni spatium, ut reverteretur ¹⁷¹ ad institutum docendi et Jurisconsulta edendi, tempore quo duo haec continenter missa faceret; ipsum vero veniam petiisse, continuamque hanc omissionem reliquisse; ita ut, si ad eum ventum esset cum quaestione juridica, etiamsi in eo esset ut aquâ submergeretur, tamen eam accepturus fuisset ut ad eam responsionem scriberet. Dein vero, non multo post, illud dixit quod praecessit. Et reliquit eum *Mohjî-ddîn Ibn-Mogaisil*, quum ab illo ex-

generaliter pro omni amentia, furore et inconsiderata agendi ratione usurpatur, fere ut
 الهوس هو يبيس الرأس : فتوح. — In scholiis ad Haririum, edit. Sacyanae p. 163, ita definitur: *هو يبيس الرأس*, i. e. *est siccitas capitis, quae provenit e nimis vigiliis*. Quid

proprie sibi velit الرأس يبيس, vid. in Sacyi *Chrest. Arab.* T. I p. 204 vs. 11 a f. ed. 2^{ae}.

165) Tenendum est, Sojoutium adhuc in vivis fuisse, quum Sakhawius ista scriberet; quae post ejus mortem iisdem verbis ab epitomatore transcripta sunt.

166) Nempe Khalifa Abbasida, qui tunc temporis in Aegypto adhuc umbram supremæ potestatis referebat.

167) Schola ista Kahiræ aedificata est anno 707 a Baibarso, antequam imperium adeptus erat.

168) Erat hic: أبو البقا محمد بن عبد الرحمن بن أحمد جلال الدين الدهرؤطى ثم المصري ويعرف بالجلال الكرى، natus a°. 807, mortuus a°. 891 (teste Ms. 518 p. 151).

169) Vult nempe auctor, Sojoutium, languescentibus animi sui facultatibus, defectum ardoris obtegere conatum esse praetextu vitae contemplativæ, quam elegisset, relictis doctrinarum studiis. Eum vero in utendo hoc praetextu sibi ipsi non constituisse, sequentia docent.

170) يقتضى in VIII sp. notionem habet *includendi*, *in se continendi*, in recentiore lingua. Aliud exemplum afferam e Noctibus MI, ex edit. Habichti, T. II p. 334 vs. 9; أن فرط الحذر

يعتضى محبة النفس والطمع في بقائها، i. e. *scito, nimiam cautionem includere amorem suimet ipsius, cupidinemque in vitâ manendi*.

171) Hic denuo habemus exemplum significationis, verbo رجع in III sp. propriae, *revertendi ad rem antea relictam*. Conf. supra ann. 37.

F

pertius esset summam iniquitatem, postquam antea magnā generositate ¹⁷² erga ipsum usus fuerat; et commemoravit de eo complura superbiae exempla, quorum veritatem res ipsa indicat. Ex quibus hoc est, eum aliquando commendasse semet ipsum *Imāmo Borhānoddīno al-Caracō* ¹⁷³, ut se designaret causae agendaē judiciali ¹⁷⁴, ejus curae mandatae; hunc vero non tantum ei morem gessisse, sed etiam de suo ei adjecisse duplicatum archetypi (istius causae) libelli; tum eum venisse ad illum una cum *Alamoddīno Solaimāno al-Khalifati*, ut illud acciperet; at non dixisse illi: *bonum tibi retribuat*, neque verbum protulisse quo gratias ei ageret suas. Et tradidit ¹⁷⁵ ei aliquando de *as-Sonbātio* ¹⁷⁶, post ejus mortem, aliquid quod ejus duritiem indicaret. Dixit ei: » quare mihi illud non narrasti nisi post ejus mortem? » Respondit: » (Narravi) ut cognosceres intimos hominum sensus ¹⁷⁷. Et id quidem fecit, licet summa beneficia ab eo accepisset, praesertim ¹⁷⁸ tempore annonae caritatis, cum defecisset panis et cibus Schaikhouniae, ita ut daret ei singulis hebdomadibus nummum aureum, quemadmodum ipse de se exposuit. Eodem modo reliquit illum Turca quidam, quem Schafeitam fecerat, postquam Hanifita fuerat, licet ipsi *Sojoutio* initium (istius amicitiae) deberetur, propter maxima, quibus eum affecerat, beneficia et intimam, quā eum amplexus erat, familiaritatem. Imo reliquit eum etiam ¹⁷⁹ *al-Magribi*, qui (prius) solebat perhibere,

172) Vocem فتوية nisi diserte exhiberet Codex, mutassem in فتوة^{فتوة}, quam formam Lexica significatione generositatis, liberalitatis, exhibent. Nihil tamen obstat, quominus statuamus, ab hac ipsa voce adjectivum فتوي^{فتوي} derivatum esse, unde ortum sit novum abstractum فتوية^{فتوية}.

173) Mihi hic vir, ex urbe الكرك^{الكرك} oriundus, aliunde non notus est.

174) Ita verti verba لحيته^{لحيته} لحيته, ex usu linguae recentioris. Conf. de utraque voce Meninskii Lexicon.

175) Scilicet Sojoutius narravit Mohji-ddino.

176) Erat hic: قاضي القضاة ولي الدين ابو البقا محمد بن محمد بن عبد اللطيف الاموي السنباطي^{السنباطي} المالكى، natus a^o.786, mortuus a^o.861 (teste Ms. 4166 p. 100). Nomen ejus relativum, secundum سنباط^{سنباط} بلد من الغربية بمصر^{بمصر}، لبي^{لبى} اللباب^{اللباب} refertur.

177) Sensus est: » feci hoc tantum, ut tu exemplo disceres quam parum externae speciei hominum fidendum sit. » Non potuit igitur proprie ad id, quod rogatum esset, respondere, cur demum nunc post mortem illius viri hoc referret.

178) Notandus est usus vocabuli سبما^{سبما}, sine لا^{لا}, pro praesertim, in libris recentioribus saepissime obvius.

179) Legendum enim puto etiam ibi فارق^{فارق}.

eum esse summum culmen in sanctitate ¹⁸⁰, itidemque *al-Fakh al-Karni* ¹⁸¹. Et ejus amentiae exemplum est hoc ejus dictum ad aliquem ex asseclis suis: » quando munus Judicis ad me venerit ¹⁸², constitui tibi hoc et illud, imo tu omnia (quae tandemcumque voles) nancisceris. Dein anno 898 opposuit se illi *Schaikh Abou-n-Nadjä*, filius *Schaikhi Khatafi* ¹⁸³, et manifestavit ejus defectus et vitia, sed ab eo domitus est, et humiliatus quantum maxime posset. Et laudavit *Imāmus Caracensis* ¹⁸⁴ *Abou-n-Na-*

180) Nempe hic, puto, exemplum offertur viri, qui summopere eum antea veneratus erat, sed postea ejus iniquitate et duritie coactus eum reliquit: ut in superioribus idem fecisse leguntur viri qui plurima ei debebant, maximaque antea ab eo beneficia acceperant.

181) Vir mihi plane ignotus. De nomine relativo القرنى haec leguntur in لبّ الباب القرنى: بفتحتين أنى قرن بطن (من مراد وبسكون الرّاء الى قرن بطن من مَدْحٍ ومن الأذن وقرن المنازل مبيقات أهل نجد وقرن قرية من عمل بغداد) ✽

182) Est hoc eo magis vanum et futile dictum, quoniam Sojoutio non facile Judicis munus offerretur, utpote qui in scholâ Schaikhouniâ Doctoris munere fungeretur. Vid. supra ann. 107.

183) Nempe: نزيل فوّ: أبو النجا بن خلف بن محمد المصرى الشافعى نزيل فوّ: Ms. 518 p. 246 seq., ubi de causâ ejus controversiae cum Sojoutio quaedam narrantur, hisce verbis: وأكثر من المواعيد فى الجوامع الكبار والمشاهد العظام وتزايد الأقبال عليه بحيث حسده الجلال بن الاسيوطى حين رأى اقبال أهل خطته بجامع طولون ونحوهما (?) عليه ولم يلتفت الناس اليه بل اشبعوه كلاما وملاما وحملوا صاحب الترجمة على عقد مجلس بالبيبرسية محلّ جلوس هذا المسكين وما تخلف أحد عن شهود هذا المشهد وجيء له حاجب الحجاب بجماعة من العوام المعارضين لصاحب الترجمة بل وظلّب الجلال ايضا وكانت حكايات شرحت فى الحوادث ✽

» Multas ille conciones sacras habuit in Templis amplis et Sacellis magnis, magnoque hominum concursu gavisus est, ita ut invideret ei Djalaloddinus Ibno-l-Osjouti, quum videret homines victi sui ad eum confluere in Templum Cathedrale Toulounis (et), et alia praeter haec duo. Sed non curabant eum homines, imo dicteriis et vituperationibus obruebant. Et incitaverunt eum, de quo agitur, ut consessum institueret in Collegio Baibarsiano, ipso loco ubi docere solebat miser iste, et nemo retromansit quominus praesens adesset huic consessui. Tum adducti sunt ad summum praefectum coraelevis regii complures e plebe, qui nostro molestias paraverant. Imo et ipse Djalaloddinus in jus vocatus est, et acciderunt res quaedam, quae fasius tractatae sunt in libro de rebus gestis.»

184) Vid. ann. 173.

djāum, quemadmodum scripsi de his omnibus in libro meo *de rebus gestis* ¹⁸⁵. Et antea jam scripserat opusculum, cui titulus erat: *Urens cauterio ad refutandum as-Sakhāwīum*, in quo oppugnavit talia quae plane confessa sunt inter vera, etsi ego ¹⁸⁶ non locutus eram de quaestione nisi aliquanto antea, imo vero etiam, etsi opinio mea de re haec fuerat, abstinendum plane esse a loquendo, tam in affirmantem, quam in negantem sententiam. Miramur vero sapientiam illius qui distribuit hominum intellectus ¹⁸⁷.

Sequuntur mea verba. — Removit eum *al-Malico-l-Adil Toumānī-Bāj* ¹⁸⁸ a munere Doctoris in Schola Baibarsiana, die Lunae 12^o mensis Radjab anno 906, quando turmatim contra eum convenerant multitudo e doctoribus Soufiorum istius Scholae; propter avaritiam qua eos tractabat, et inimicam rationem qua se iis opponebat, ita ut adimeret multis eorum stipendia sua ¹⁸⁹ aliosque in iis constitueret. Tum acciderunt ei ignominiosa multa, ut mandatum iudiciale ¹⁹⁰, et offensae, et jussum de relegatione ¹⁹¹, ac res diversi generis locum habuerunt. Et constitutus est ab eodem Principe ¹⁹² post eum in Doctoris munere *Lāischīn al Bilbīsī*, notus nomine *Ibno-l-Ballān* ¹⁹³, die Lunae 26^o mensis memorati, licet invenirentur qui praestantiā eum superarent; at fortuna (meritis) potentior est. Attamen nullo modo securus erat, semper in metu versans ne *Djalāloddīnus* rem suam turbaret, quippe qui perhiberet *al-Adilum* se vi coēgisse ut coram testibus jure suo se abdicaret. Et revera jam locum habuerat tale *Djalāloddīni* conamen, at firmum non fuerat, et tamen vel sic jam concussa tremue-

-
- 185) Sine dubio hic citat Sakhawius alium quem fecerat librum, inscriptum الكوادث, cujus tamen Hadji-Khalifa mentionem non injecit. Conf. finis ann. 183.
- 186) Hoc est: *tum quoque, si ego*. Sensus enim loci est, Sojoutium in isto libello talia etiam dicta et placita Sakhawii oppugnasse, quae hic aut diu jam ante, aut plane dubitanter et nihil de quaestione decidens, enuntiasset.
- 187) Hic desinunt quae epitomator sumserat ex opere Sakhawii. Quae sequuntur illius ipsius verba sunt, quae a solenni formulā قُلْتُ incipiunt.
- 188) Sultanus e Mamlucis Circassiis, qui tres annos et dimidium regnavit, ab anno 906—909.
- 189) Non dubito, quin pro عنهم sit legendum منهم, ut propria vis verborum haec sit: *ita ut ejiceret (abrogaret) multorum ex illis stipendia*.
- 190) Conf. de voce ترسيم Sacyi *Chrest. Arab.* T. II p. 170 ann. 4, ed. 2^{ae}.
- 191) Quale hoc fuerit, ex his quidem verbis plane effici non potest: fortasse simpliciter hoc significatur, ei jussu Principis interdictum fuisse, ne Scholam Baibarsianam unquam amplius intraret.
- 192) Vox به ad nihil aliud referri potest, nisi ad nomen Sultani, quod paullo ante praecessit; quod si non placeat, ejicienda est.

pat res al-Bilbīsi. Mox vero conquievit res *Djalāloddīni*, et avertit animum ab hocce munere, itemque a Doctoratu Traditionis in Schaikhouniā, prae se ferens studium abstinētiaē in rebus mundanis, et secessit ab hominum consortione in aedibus suis in insula Raudhā; et narratum mihi est, complures e nobilissimis principibus ad eum venisse visitandi ergo, quibus non surrexit.

Oblatum denuo ei est munus Doctoris in scholā Baibarsianā, mortuo al-Bilbīsi, die Saturni 25^o mensis Dhou-l-Hiddjæ anno 909, sed recusavit illud accipere, eique praefectus est *Camāloddīn at-Tawīl* ¹⁹⁴, die Lunae 27^o mensis memorati, post larga munera oblata ¹⁹⁵, ut fama fert. Et perseveravit *Djalāloddīnus* in secessionē sua in aedibus suis in insulā Raudhā, donec mortuus est die Jovis 18^o mensis Djomādae prioris, anno 911: misericordiā Deus eum amplectatur et nos ¹⁹⁶.

193) Si lectio *البلان* sana sit, significare debet *balnei praefectum* sive *curatorem*, quamquam vox

بلان ipsum quoque *balneum* denotat. Eādem significatione offendi videtur vox *بلان* in *Noct. MI*, ed. Habicht. T. II p. 239 vs. 3 a f.

194) Vid. supra ann. 143.

195) Propria verborum vis est: *postquam cursum erat cum largitione.*

196) Absolutā jam a Sakhawio traditā Sojoutii vitā, hujusque viri docti severā censurā, ut *audjams* etiam alteram partem, non possum non hīc adjicere breve iudicium, quod suā vice fert Sojoutius de Sakhawio ejusque scriptis historicis, in libro *الاعيان وايناء الزمان* (Cod. 4166 p. 94). Hisce verbis continetur: *محمد بن عبد الرحمن بن محمد بن ابي بكر بن عثمان بن محمد السخاوي شمس الدين المحدث المؤرخ الجارح ولد سنة احدى وثلاثين وثمانمائة وحضر املاء الكافظ ابن حجر صغيرا فتحبب اليه الحديث فلزم مجالسه وكتب كثيرا من مصنفاته بخطه وسمع الكثير جدا على المسنين بمصر والشام والحجاز وانتقى وخرج لنفسه ولغيره مع كثرة لحنه وعروه (وعره 1) من كل علم بحيث انه لا يحسن من غير الفن الحديثي شيئا اصلا ثم اكتب على التاريخ فافنى فيه عمره واغرق فيه عمله وسلف فيه اعراض الناس وملا بمساري الخلف وكل ما رموا به ان صدقا وان كذبا وزعم انه قام في ذلك بواجب وهو الجرح والتعديل وهذا جهل مبين وضلال واقتراء على الله بل قام بمحرم كبير وباء بوزر كثير كما اشرت اليه في مقدمة هذا الكتاب وانما نبهت على ذلك لئلا يفتقر به او يعتمد على ما في تاريخه من الازراء بالناس خصوصا العلماء ولا يلتفت اليه مات في شعبان سنة اثنتين وتسعمائة*

Mohammed, filius Abdo-r-Rahmanis, filii Mohammedis, filii Abou-Bacri, filii Othmanis,

De Sojoutii opusculo, quod edimus, et de Codice ex quo editionem paravimus:

Opusculum Sojoutii, quod in lucem hîc edimus, continetur Codice Bibliothecae nostrae Leydensis 416 (Catal. n^o. 1873), quem vero non totum occupat. Eodem enim volumine aliud etiam Sojoutii opusculum continetur (Catal. n^o. 1874, ubi perperam ابناء ابناء pro ابناء impressum est), cui titulus est: اعيان الاعيان وابناء الزمان, i. e. *Excellentissimi inter Proceres et (reliquos) homines*¹⁹⁷. Utrumque opusculum eadem manu descriptum est,

fili Mohammedi, as-Sakhawi, Schamsoddin, Traditionarius, Historicus, calumniator ille. Natus est anno 833 et interfuit scholis in quibus dictabat al Hafidh Ibn-Hodjr, juvenis quum adhuc esset. Ex cujus institutione magnum concepit disciplinae Traditionis amorem, scholasque ejus continuo frequentavit, et complures libros illius manu sua descripsit. Per multa autem didicit in scholis Traditionariorum, qui cum traditionibus simul earum auctores afferebant, in Aegypto, Syria, et Hidjazo; et (e praecipuis de Traditione operibus) medullam elegit, celeberrimasque traditiones undelibet excerpsit, in sui ipsius aliorumque usum; quamquam saepissime errores in legendo committebat, omnique scientiâ destitutus erat, ita ut nullâ prorsus in re bonum se praestaret, praeter disciplinam traditionariam. Dein toto pectore incubuit historiographiae, vitamque suam in hacce (disciplinâ colendâ) transegit, eique omnem suam operam impendit. In his autem scriptis suis homines infamia notavit, implevitque (ea) illorum malefactis, omnibusque quae illis tanquam vitia imputabantur, sive veris, sive falsis. Et perhibuit quidem, se hac in re praestitisse quod oporteat, nempe testium (postquam rite examinati essent) aut reprobationem aut comprobationem; hoc vero (perhibere) est manifesta ignorantia et error et blasphemia erga Deum. Imo vero praestitit aliquid quod summopere nefas est, sibi que contraxit (criminum) onus magnum, sicut ostendi in praefatione hujus libri. Tantummodo hoc monui, ne lectores falli se paterentur, nec fidem praeberent iis, quae in ejus scriptis historicis traduntur, calumniis in homines, praesertim viros doctos, neque iis animum adverterent. Obiit mense Scha'ban; anno 902.

- 197) Etiam hujus Sojoutii opusculi exemplar illud, quod Bibliotheca nostra Leydensis possidet, unicum in Europa esse videtur, quapropter dignissimum est, cujus argumentum cum viris doctis communicetur. Fortasse in posterum se mihi offeret occasio accuratius fusiusque eam rem pertractandi: in praesenti haec sola me monuisse satis sit, continere illum librum notitias, alias longiores, alias breviores, de omnis generis hominibus, Proceribus aequae ac doctis, Auctori coetaneis. Hadji Khalifa (ex edit. Flugel. T. I p. 365 n^o. 972.) in v. مختصر للشيوخ جلال الدين السيوطي جمع فيه اعيان عصره haec habet: اعيان الاعيان. Specimen rationis, quâ Auctor argumentum suum tractat, cupienti offert supra, paginâ 45 in ann. 196, tradita Sakhawii vita, quam ex hocce opusculo depromsi.

quod non tantum patet ex similitudine literarum ductus, sed etiam ex amborum subscriptione. Prior (nempe libri طبقات المفسرين) haec offert: وكتب ذلك وانجزها (?) الشريف احمد بن احمد الرومي الحسنى فى سادس جمادى الآخرة سنة أربع وسبعين وتسعمائة وحسبنا وكان الفراغ من كتابته على يد العبد الفقير الى الله تعالى الشريف احمد بن احمد بن حسن الرومي الحسنى حادى عشرى جمادى الآخرة سنة أربع وسبعين وتسعمائة وحسبنا الله ونعم الوكيل. Quod autem attinet ad externam Codicis formam, mediâ est magnitudine inter formam folii octuplicati majoris, et folii simpliciter duplicati minoris. Satis compressa est scriptus, ita ut quaque pagina ultra 30 versus contineantur, relictis tamen in latere amplis spatiis, quae passim a diversis manibus annotationibus marginalibus sunt instructa. Involucrum externum corio duro constat, charta ipsa est bombycina. Caeterum exemplum nostrum egregie est conservatum, praeterquam quod ex altero, quod continet, opusculo complures paginae exciderint. Quae autem supersunt, numerum 109 efficiunt, e quibus nostrum, quod edimus, opusculum tantum 30 occupat. Manu satis nitida, caractere نسخى distincto, est exaratum; vocabulum autem notis fere prorsus caret. Quae manu alienâ adjectae sunt notae marginales (a me semper in fine paginae cum lectore communicatae), plerumque quidem ad capitulorum initia pertinent, et nomina offerunt, quibus viri docti, quorum vitas auctor exhibet, vulgo appellari solerent; passim vero etiam additamenta et animadversiones ad textum exhibent. In textu ipso paucissima tantum deprehendi corruptionis vestigia; at in nominibus propriis et in versibus, qui passim citati et textui inserti sunt, major nonnunquam corruptionis suspicio se offert. In altera saltem Codicis parte complura inveniuntur poemata, in quibus vitia, et sensum et metrum turbantia, statim in oculos incurrunt. Illud autem tanquam Codici nostro proprium et peculiare indicare possum, quod in nominibus numeralibus generis discrimen non accurate observetur, sed quam saepissime contra illud peccetur. Pauca nunc addamus de interna opusculi ratione. Ex ipso titulo: طبقات المفسرين (i. e. *Classes, sive diversi ordines, Interpretum Korāni*), satis elucet, hoc fuisse Auctoris consilium, ut notitias impertiret hominum, qui ad Korānum Commentarios scripsissent, aut saltem in Korāni interpretationis disciplinā aliquam celebritatem nacti essent. Non autem in animo eum habuisse, omnino omnes, omnisque aevi, viros doctos, in quos haec descriptio caderet, hinc recensere et de eorum vita, scriptis meritisque exponere, ipsa praefatio indicat; idemque imprimis apparebit cuique, qui in Hādji-Khalīfae Lexico Bibliographico articulum تفسير evolverit et cum nostro libello contulerit, cum ex illo loco insignis virorum numerus peti posset, qui huic collectioni adderetur. Voluit Auctor de iis tantum inter Korāni Interpretes hinc mentionem facere, qui ex suo iudicio reliquis essent celebriores et magis laudandi; nec mysticorum quoque senioris aevi futilia commenta in censum retulit ullaevae eorum rationem habuit. At vel

sic tamen multa virorum doctorum nomina posteritati conservavit, quae caeteroquin per-
 iissent, et in Hādji-Khalifae opere desiderantur, quoniam aut eorum scripta huic Auctori
 cognita non essent, aut quoniam nulla scripta reliquissent. Dolendum autem est, ipsum
 opusculum ab auctore, nempe morte impedito, minime absolutum esse, quod diserta
 probant indicia, quae ad librarii incuriam referri nequeunt. Passim enim abrupte desinunt
 capitula, citantur verba aut versus, sed quae citanda fuerant desunt, et spatium in Codice
 relictum indicat, librarium ea haud magis invenisse in suo quo usus sit archetypo. Idem
 probat omissio multorum virorum, quibus ex Auctoris consilio sine dubio hīc locus tri-
 buendus fuisset: e quibus unum Baidhāwium, celebratissimum Interpretem, de quo nulla
 hīc mentio fit, nominatim me citasse satis sit. Ac denique hoc declarat subscriptio,
 quam ad finem textus adjeci; et confirmant uno quasi ore prolata testimonia omnium,
 qui de hoc libello mentionem injecerunt, ut Hādji-Khalifae in *v. طبقات المفسرين*,
 Herbeloti in *v. Thabacat Al Mofasserin*, et de Rossii in *Dizionario Storico l. l.* Nec
 tam fortunatus fui, ut cum Leydensi Codice aliud quoddam exemplum nostri opusculi
 conferre potuerim, cujus quidem ope multa incerta illustrata, multaeque difficultates
 solutae fuissent. Quantum enim equidem novi, in nullā Europaeā Bibliothecā Manu-
 scriptorum Orientalium hic Sojoutii exstat liber, aut nusquam certe in earum editis Cata-
 logis de eo mentio injecta est. Literis hoc de argumento a carissimo Praeceptore, viro
 Cl. Weijersio, ad Illustrissimum Sacyum Parisias missis, hic, quā fuit insigni humanitate,
 grato animo etiam a me colendā, certiores nos fecit, hodie quoque in Bibliothecis
 Parisiensibus istud opusculum deesse. Idem tamen a viris doctis Orientalibus non plane
 neglectum fuisse, docet annotatio marginalis, ejus fini in nostro Codice adjecta, quae,
 etiam in fine alterius opusculi iisdem fere verbis repetita, quodammodo quoque ad
 historiam Codicis nostri pertinet: *أنه مأخوذ من نسخة نقلها فقير عفو ربه الصمد أحمد بن الملا
 محمد الشاعري الحلبي عفي عنها وذلك في أوائل شهر جمادى الأولى سنة ثمانين وتسعمائة
 بقسطنطينية المحروسة* ۞

Denique jam paucis, ne nimium spatium prolegomena nostra occupent, agemus in

§. 3

De normā, quam in edendo et illustrando hoc opusculo secuti sumus.

Textus, ut in Codice offertur, ubique servatus est, exceptis iis locis, ubi aut indubiae
 Grammaticae leges, aut sententiae metrive ratio, aut aliae gravissimae causae, lectionem
 emendandam esse certo declararent. Ubicumque vero, hujuscemodi rationibus inductus,
 textum mutandum putavi, hoc summā cum religione per annotationem, in fine paginae
 adjectam, lectori indicavi. Eodem modo omnes marginales notas, quas Codex offert,

ut supra (pag. 47 med.) jam verbo dixi, etiam addidi. Singula capitula numeris notare necessarium duxi, ut eo melius in annotationibus ad locos superius oblatos et a me illustratos lectorem relegare possem, utque compositio Indicis, omnia virorum doctorum in hoc opusculo commemoratorum nomina exhibentis, quam rem lectori gratissimam fore judicabam, facilius mihi cederet. Textui denique vocales adjeci, ubicumque eae ad promptam sensus intelligentiam aliquid efficere possent.

In annotationibus vero adornandis haec potissimum egi, ut 1^o. Latine verterem fusionsque exponerem omnia, quae quodammodo obscuriora intellectuque difficiliora videri possent, v. c. praefationem, textui insertos versus, et porro tales locos, quorum intelligentia a parte lectoris majorem operam animique intensionem requireret ¹⁹⁸; 2^o. de personis, numero 131, quae huc dedita opera commemorantur, breviter, verum accurate, indicarem ubinam plura de iis inveniri possint, et an eorum *Commentarii* ab Hādji-Khalifa citentur et alicubi in Europaeis MSS. O. O. Bibliothecis (quantum e Catalogis hoc constet) servantur; 3^o. de iis quorum in transitu mentio fit, breviter ista communicarem, quae sine magnā laboris ambage facile de iis invenire potuerim; 4^o. de omnibus, quae citata inveniuntur, operibus indicarem, an in Hādji-Khalifae *Lexico Bibliographico* et Herbelotii *Bibliothèque Orientale* inveniantur; et 5^o. denique, ut omnia, quae non notissima dici possent, nomina relativa (انساب) illustrarem eorumque scriptionem definirem. De quibus autem viris doctis, operibus aut nominibus relativis, nihil annotatum inveniatur, sciat Lector me de his, post debitum laborem, nihil prorsus invenire potuisse ope adminiculorum quae mihi huc ad manus essent. Semel hoc dictum sit, ne plurimis in locis eadem ignorantiae confessio redeat.

Superest, ut de adminiculis quoque illis breviter exponam, ne Lector incertus haereat quinam intelligendi sint, qui in annotationibus citati inveniuntur, libri.

Hādji-Khalifae Lexicon Bibliographicum, quo potissimum usus sum, cito ex Codice, qui pertinet ad collectionem MSS. O. O. Bibliothecae Leidensis, inscripto n. 1370. Quamvis manu satis nitida scriptum sit illud exemplum, scatet tamen vitis omnis generis, e librarii ignorantia ortis, ita ut verbis sensus saepe prorsus desit. Ista autem incommoda magna ex parte sublata sunt eo, quod mihi per aliquod tempus frui contigit ope alius Hādji-Khalifae exempli, cujus possessor, vir Illustrissimus D'Ohsson, illud primum

198) In illustrandis vero vocabulis technicis et iis quibus doctrinarum subdivisiones designantur, peculiarem operam non posui, quum partim eorum explicatio offendatur in Lexico Freytagiano et (Hammeri) libro *Encyclopaedisches Uebersicht der Wissenschaften des Orients*, partim vero illa ita comparata sint, ut perquam difficile sit, veram eorum potestatem paucis verbis recte definire. Quae autem e libro *Ta'rifat* peti possent vocabulorum technicorum definitiones, haec ipsae ut explicentur peculiarem disputationem sibi poscunt; easque vel sic saepe rem non illustrare, omnibus rerum peritis notum est.

Mamakerō, deinde etiam successori ejus, generosissime in usum concesserat, donec nuper graviore de causā illud repetiit. Hoc exemplum, textum offerens magis integrum, multisque additamentis auctum, magno mihi adjumento fuit. Distinctionis causā exemplar Leidense litera L., alterum vero litera O. indicavi.

De nominum relativorum scriptione et pronuntiatione constanter consulti opusculum Sojoutii cui titulus est: *لُبُّ الألباب في تحريف الانساب* (MS. Leid. n. 685, Catal. n. 1399), ubi de plerisque eorum mentio injecta est.

Praeterea e libris manuscriptis Bibl. Leid. quoque in usum meum converti Codicem 374 (Catal. n. 1785), inscriptum *كتاب الكواكب الباهرة المختصر من النجوم الزاهرة*, auctore جمال الدين ابوالمحاسن يوسف بن تغري بردي الاتابكي in Aegypto, usque ad annum Hidjrae 865, singulis deinceps annis, inter alia etiam obitum virorum doctrinā celeberrimorum commemorat, quemque igitur egregie inservire posse credebam ad complurium virorum doctorum annum fatalem aut definiendum, aut definitionem a Sojoutio factam confirmandam.

De libris in lucem editis, quibus usus sum, quales sunt Herbelotii *Bibl. Orient.*; Tydemanni *Index Operis Ibn-Khallicānis*; hujus ipsius operis editio incepta a Wüstenfeldio et Slanio; editio operis Hadji-Khalifae, incepta a Flügelio; liber *طبقات الحفّاط*, a Wüstenfeldio editus¹⁹⁹; (Hammeri) *Encyclopaedisches Uebersicht der Wissenschaften des Orients*, et alii id genus, utpote qui omnibus noti esse possunt, pluribus verbis disserere res ipsa vetat.

199) Ex collato Hadji-Khalifae Lexico (in v. *طبقات الحفّاط*) evidentissime apparet, hoc a Wüstenfeldio editum opusculum (quod inscripsit: *كتاب طبقات الحفّاط*, auctore *Abu Abdalla Dahabio*; in epitomen coëgit et continuavit *Anonymus*) excerptum esse e Dhababii opere, ab ipso illo *Sojoutio* confectum, cujus est opusculum a nobis jam editum.

ANNOTATIO

AD EDITUM SOJOUTII LIBRUM.

Ad Praefationem.

Praefatio quam paulo obscurior videri possit, ex ratione quam in hocce opusculo sequendam mihi proposui, ejus versionem cum illustratione, ubi necessaria videatur, hinc adjiciam: » *Laus Deo sit, qui effudit amplissima in nos beneficia. Testor, non esse Deum nisi Deum O. M. solum, socio earentem, animarum creatorem; et testor, Dominum nostrum Mohammedem ejus esse servum atque legatum, Arabum et Barbarorum dominum; propitius sit Deus et benedicat ei ejusque familias et sociis, praestantiâ et generositate insignibus. His rite praemissis, sciat Lector, hoc syntagma continere Classes Interpretum Korani, (eâ de causâ a me collectas) quod neminem inveni, qui deditâ operâ seorsim de iis egerit, quemadmodum opera data est separatim commemorandis Traditionariis et Jurisperitis et Grammaticis aliisque. Scito autem, diversa istorum esse genera; primum genus constituunt Interpretes e primis Prophetæ Asseclis; tum e (reliquis) ejus Sociis; tum ex iis qui (aetate suppres) adhuc cum Sociis vixerunt; denique ex iis qui horum Sociorum Aequales viderunt. Secundum genus constat Interpretibus e Traditionariis. Hi sunt qui Commentarios in Koranum ita composuerunt, ut aliorum allatis testimoniis inniterentur, nempe ut adducerentur in illis dicta Sociorum et horum Aequalium, additis simul nominibus illorum, per quos istorum dicta ad ipsos venissent. De his autem ambobus generibus notitiae impertitae sunt in Classibus Jurisperitorum. Tertium constat reliquis Interpretibus e doctis Sonnitis, qui interpretationi litterali adjunxerunt interpretationem allegoricam et disputationem de potestate verborum et vocabulorum Korani, et de praecceptis eo comprehensis, et de syntactica ratione singulorum membrorum ejus: haec autem sunt in quibus hodie elaboratur plurimum. Quartum est eorum qui Commentarium in Koranum conscripserunt e*

» Schismaticis, ut Mo'taxilitis et Schiitis eorumque variis generibus. Qui autem
 » jure ex iis omnibus Interpretes vocari merentur, sunt ordo ille primus, tum quo-
 » que secundus, quamquam plerique in hoc ordine sua aliunde sumserunt; quod
 » vero attinet ad tertium, hi allégoricæ interpretationi operam dederunt, et hanc
 » ob causam eorum scripta plerumque Tawil vocantur. Non autem completum de-
 » di eorum Catalogum qui pertinent ad quartum ordinem, verum ex iis tantum
 » commemoravi celebratissimos, quales sunt az-Zamakschari, et ar-Rommāni et
 » al-Djobbā, cum similibus. Caeterum a Deo opem imploro: ille optimus adjutor
 » est."

Nomine السلف quinam e primis Moslemis insigniantur, Lexicon Freytag. docebit. —
 Complures libri sunt طبقات الفقهاء inscripti, quos Hādji-Khalifa enumeravit, ex quo fonte
 etiam Herbelot. in v. *Thabacat Al Fokaha* nonnullos citavit. Unus inter illos est, in-
 scriptus طبقات الفقهاء والمحدثين, auctore al-Haithamo ibn-'Adi (الهيثم بن عدي),
 qui 4 voluminibus constitisse legitur.

Trium illorum celebratissimorum Interpretum, qui in praefationis fine ab auctore no-
 minantur, in ipso opere mentio fit sub N^o 127, 74 et 100.

Ad N. J.

Nomen relativum *Salamāsi* ducitur a سلماس مدينة بآذربيجان (teste Lobbo-l-Lobāb,
 et Ibn-Khallicāne in fine N^o 605); et nomen *Sakatī* a بَيْع السَّقَط (teste eodem libro).

[Quod ad أبو القاسم بن عليك النيسابوري attinet, quomodo nomen عليك pronuntian-
 dum et quae ejus origo sit, egregie liquet ex Dhahabii libro المشتهر (MS. 325, Catal.
 n. 1869), qui in v. عَلِيل de illo etiam nomine mentionem injecit et hunc ipsum virum

commemoravit, dicens: وبكاف قَبَلَهَا يَاءٌ مَثْقَلَةٌ قَيْدُهُ أَبُو نَاصِرٍ وَغَيْرُهُ عَبْدُ الرَّحْمَنِ بْنِ
 الْحَسَنِ بْنِ عَلِيكٍ وَأَبُو الْقَاسِمِ عَلِيُّ وَلَدُهُ وَعَلِيُّ بْنُ سَعِيدِ الرَّازِيِّ يُعْرَفُ بِعَلِيكٍ وَالْكَافُ فِي
 لُغَةِ الْعَاجِمِ هِيَ حَرْفُ التَّصْغِيرِ وَبَعْضُ الْحَفَاطِ قَيْدُهُ بِاخْتِلَاسِ كَسْرِ اللَّامِ وَفَتْحِ الْيَاءِ وَخَفْفِ
 قَالَ ابْنُ نُقْطَةَ وَهَذَا عِنْدِي أَصْحَحٌ وَلَيْسَ فِي كِتَابِ الْأَمِيرِ ابْنِ مَأْكُولٍ تَشْدِيدُ (تَشْدِيدُ ل. الْيَاءِ
 بِدَلِّ أَهْمَلٍ ذَلِكَ وَقَدْ ضَبَطَهُ الْمُؤْتَمِنُ السَّاجِيُّ بِسُكُونِ اللَّامِ وَفَتْحِ الْيَاءِ ۞

Ex his igitur apparet, عليك esse formam deminutivam, Persarum more ductam a nomine
 عَلِي, et a nonnullis ita pronuntiarī, ut عَلِيك sonaret: hi enim, praecipuam vocis vim in
 ultima syllaba يِك ponentes, paenultimam adeo corripiebant, ut pro *alījék* primum qui-

dem *al-jék*, sive *al-jék*, tandem verò etiam *al-jék*, mediâ vocali penitus suppressâ, efferrent. H. E. W.]

Ad N. 2.

Nomen relativum *Schaibānī* ortum est a شيبان, nomine tribûs Arabicae. Vid. Pocockii *Spec. Hist. Arab.* ed. Whitii p. 50.

ثقة الدين *frater* al-Hāfidhi *إخوه الفقيه المحدث الفاضل صائبن الدين هبة*, teste Ibn-Khallicāne in N°. 452, est *frater* al-Hāfidhi *أخوه الفقيه المحدث الفاضل صائبن الدين هبة*, cuius ibi vita descripta est, et mortuus esse legitur anno 563. Verba Ibn-Khallicānis haec sunt: *والله بن الحسن بن هبة الله يوم الأحد الثالث والعشرين من شعبان سنة ثلث وستين وخمسة الم*

Ad N. 3.

Nomen relativum *Tālkānī* ducitur a طالقان بلد بقزوین (teste Lobbo-l-Lobāb). Conf. Herbel. in *Thalecan.* De *Ibno-n-Naddjār* consuli potest liber *Tabakāto-l-Hoffādh* 18, 20, et Herbelot. in v. *Naggiar.* De *Abu-Abdollāh al-Forāwī* vid. Ibn-Khallicān N°. 633, et conf. Tab.-l-Hoffādh 16, 12. Nomen relativum *Forāwī* ducitur a فرارة بلد في خوارزم (teste Lobbo-l-Lobāb).

De Nomine relativo السحاحي, quod Codex offert, nullibi aliquam mentionem factam inveni. Non autem dubito, propter rationes chronologicas, quin ejusdem viri mentio nobis occurrat infra pag. 22 vs. 1, nec non pag. 43 vs. 8; quibus locis inter se collatis, imprimis etiam adhibito *Tabakāto-l-Hoffādh* 16, 12 (qui locus hinc corrigendus est), satis certum videtur, verum viri nomen fuisse زاهر الشحامي. Nomen autem illud relativum, teste Lobbo-l-Lobāb, ducitur a بيع الشحام. [زاهر الشحامي] scribendum esse, apparet etiam collato Ibn-Khallicāne, qui in vitâ Abu-Baori al-Baihakī (n. 27), de hoc mentionem iniecit: male autem ibi edidit Wüstenfeldius (Fasc. I. p. ۳۶ vs. 3 a f.) زاهر; recte Mac Guckin de Slane (T. I. p. 1. p. ۳۶ med.) زاهر الشحامي. H. E. W.]

De Nomine relativo بطة haec leguntur in لبالب: لبب البطة: لبب البطة والى بطة: لبب البطة. [Quae conferantur cum his, quae offert Dhahabī المشتبه: البطة (ابى ا). عبد الله البطار الاصبهاني بطة بالصم في الاصبهانيين ابو (ابى ا). عبد الله بن محمد بن زكرياء الاصبهاني وعنه الحاكم وعبد الوهاب بن

أحمد بن محمد بن أحمد بن بطة أبو (أبي) سعيد الأشبهلي عن أبي أحمد العتال
وأبيه محمد روى عن القباب وأبو بكر محمد بن موسى بن بطة مات سنة خمسين وثلاثمائة
وبالفتح أبو عبد الله بن بطة العكبري الحنبلي مصنف الأمانة سمع البغوي وطبقته مات مع
أبيه شاهين. H. E. W.]

Vita Mohammadis Ibn-Jahjā exstat apud Ibn-Khallicānem n. 602.

An-Nidhāmija, ut notum, est illustrissimum illud collegium, quod literarum fautor
Nidhāmo-l-molk, splendidum liberalitatis suae monumentum Bagdadi condidit. Conf.
Wüstenfeldii liber: *die Akademien der Araber*, p. 8 seqq.

Ibno-d-Dobaitni vita ab Ibn-Khallicāne scripta est sub N. 672; nec non offenditur
in Tab.-l-Hoffādh 18, 14, ubi simpliciter *Dobaitni* vacatur. Conf. infra p. 43 vs. 7, ubi
idem obtinet. Auctor est duorum operum historicorum *تاريخ بغداد* و*أساطير*. De
ejus nomine relativo haec dicit Ibn-Khallicān in fine n. 672: هذه النسبة إلى ديبثاء وهي
قربة بنواحي واسط.

Dobaitni verba in textu citata haec significant: »*et eximis erat peritus scientiae
contemplativae, animumque applicuerat ad diversas doctrinas, et aliquam etiam
habebat scientiam Traditionis, et multorum instar ille unus colebat complura
disciplinarum genera.*»

Mowaffikoddin Abdollatif est clarus ille scriptor, cujus liber *الإفادة والاعتبار* per
editionem ejus a Whitio, et per versionem ejus et annotationem ad eum uberrimam a
Sacyo factam, est notissimus. De vita ejus imprimis vid. Sacyum, operis quod spectavi
(*Rélation de l'Égypte par Abd-allatif*) p. 457 suiv. p. 534 suiv.

De anno mortis hujus Ahmedis Codex 374 cum nostro convenit.

Ad N. 4.

[In hujus viri genealogiā non *بن زرقون*, quod Codex offert, sed *بن زرقون*, legendum
esse, apparet ex Dhababī *المشتبه*, ubi in v. *بن زرقون* haec leguntur: *ويتقدم الراء الفقيه أبو
العباس أحمد بن عبد الوهاب بن زرقون الأشبيلي المالكي متأخر تفقه به شيخنا أبو الوليد
أبن الصلاح وأبو العباس أحمد بن علي بن أحمد بن زرقون المرسي سمع من أبي علي بن
سكرة. H. E. W.]*

De *سحنون*, nostri proavo, vid. Ibn-Khallic. n°. 602.

De Dhababīo vid. Herbel. in voce; nec non Tab.-l-Hoffādh 21, 9, et (quae in praef.
ad hoc opus a Wüstenfeldio citantur) *Götting. gel. Anzeig.* anni 1833 n°. 144.

: Abū-Abdollah ibnū-l-Fardj est sine dubio idem ille, qui commemoratur infra p. 17 vs. 1, ex quo loco etiam liquet, nomen الطَّلَعِيّ significare *libertum viri qui cognomen taleris* الطَّلَع ابن الطَّلَع.

De Abū-Ahī al-Gassānī vid. Ibn-Khall. n°. 104 (editionis Wüstenfeldii Fasc. II p. 141) et Tab.-l-Hoffādh 15, 18.

الجزيرة الخضراء (*insula viridis*) est notissima urbs Hispaniae, hodie *Algesiras* dicta.

Pro ابن عدرة, ut Codex sine vocalibus offert, fortasse substituendum est ابن عدرة. Nam عدرة nomen viri est haud infrequens; عدرة nusquam, ut puto, occurrit.

Vita Ibn-Khairi invenitur in Tab.-l-Hoffādh 17, 12.

: Nomen relativum *Gafik* ducitur a غافق من لارد وحصن بالاندلس (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 5.

Perverse hujus viri docti nomen traditur ab Herbeloto in titulis *Baiheki* et *Tag Almessader*; etiam H. A. Schultensius in Additionibus suis ad Herbelotum eum confundere videtur cum Abū-Bacro Ahmade al-Baihaki, qui obiit a. 458, cujus vita traditur ab Ibn-Khall. n°. 27 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 39, Stanii T. I. p. 1. p. 11), et cujus mentio obiter occurrit infra p. 7 vs. 16.

Simili errore deceptus Hādji-Khalifa in titulis تفسير البيهقي واخلقي, et اطلاق البلوكين واخلقي, eum confudit cum Abū-l-Mahāsīn Mas'ūdo-l-Baihaki, cui annum mortis nostri tribuit. Ceterum nostrum eodem nomine, quo Sojoutius eum nuncupat, tantum invenio apud Hādji-Khalifam in tit. تلج مصادر اللغة; neque tamen ibi dicitur notus fuisse nomine بر جعفرى, sed جعفرى. Conf. ea de re Herbel. in *Tag Almessader*.

: Nomen relativum *Baihaki* ductum est a بيهق كورة بنواحي نيسابور (teste Lobbo-l-Lobāb). —

As-Sam'ānī sive Ibno-s-Sam'ānī, ut promiscue dicitur, hoc loco est *Abū-Sa'd Abdol-carīm*, natus a. 506, mortuus a. 562. Vid. Tab.-l-Hoffādh 16, 12. Ibn-Khallitān, vitam ejus describens (n°. 406; ed. Wüstenf. Fasc. IV. p. 1. a seqq.), etiam commemorat patrem ejus Abū-Bacr Mohammedem, natum a. 466, mortuum a. 510, et avum ejus Abu-l-Modhaffar al-Mansūrum, natum a. 426, mortuum a. 480; itemque filium ejus Abū-l-Modhaffar Abdorrahīmum, natum a. 537, mortuum inter annos 614 et 616.

Nomen relativum *Sam'ānī* ducitur a سامان جد ووطن من تميم (teste Lobbo-l-Lobāb).

De argumento operis مصادر اللغة haecce docet Hādji-Khalifa: هو مجلد اوله الحمد

لله رب العالمين. حمدا يطوي حمد الشاكرين الذي جمع فيه مصادر القرآن ومصادر الأحاديث
وجردا عن الأمثال والأشعار والتبعها الأفعال التي تكثر في دواوين العرب *

In Catalogo Bibl. Bodl. I. p. 159, sub n^o. 713, commemoratur opus historicum auctore
أحمد بن محمد بن أحمد بن سعيد الأندلسي; sed hic alius esse videtur, quam qui hic significetur,

Ad N. 6.

Plurá de celeberrimo illo Auctore qui scire cupiat, evolvat Herbelotum in voce *Ahmed*,
Fares, *Mogimel* et *Razi*; Hādji-Khalifam in مجمل اللغة aliorumque librorum titulis,
et Ibn-Khallicānem n^o. 48 (ed. Wüstenf. Fasc. I. p. 43, Slanii T. I. p. 1. p. 50.)

De Abū-Abdollāh Jakūt vid. Ibn Khallicān. n^o. 800 (quod caput Germanice conversum
a Cl. Freytagio, exstat in *Fundgruben des Orients*, T. VI. p. 258 seqq., et Arabice cum
versione Latina in Hamakeri *Spec. Cat.* p. 70—113). Ejus liber hic a Sojoutio cita-
tus, etiam ab Hādji-Khalifa commemoratur in معجم الادباء, qui eum esse dicit
مولفا لطيفا.

Silafii historia narratur in Tab.-I-Hoffādh 16, 4, et ab Ibn-Khallicāne n^o. 43. Opus
vero, quod (aut certe cujus praefationem) commentario illustrasse hic legitur, in Hādji-
Khalifae Lexico enotatum non video. Idem tamen liber ejusque Auctor al-Khattābī me-
moratur in Tab.-I-Hoffādh 13, 20 (ubi Wüstenf. male edidit معالم السنن), et ab Ibn-
Khallicāne n^o. 206 (ed. Wüstenf. Fasc. 2. p. 108).

Nomen relativum *Silafi* ducitur a proavo quodam, سلفي dicto (teste Lobbo-I-Lobab).

[Hoc nomen relativum السلفي, quod multis diversis modis pronuntiatur pro diversitate
nominum a quibus ductum sit (testibus imprimis Dhahabio in المشتبه, et Firūzāb. in
Kamūso), si de Hāfidho Abu-t-Tāhir Ahmade usurpatur (sed de hoc etiam solo), السلفي
effendum est, utpote huic datum, quod unus e proavis ejus سلف cognominatus esset:
hoc cognomen Persicae originis est, et proprie compositum e vocabulo سه, tres, et لب,
labium (پ Persarum, more haud insolito, ab Arabibus in ف mutata est), ita ut signi-
ficet *virum tribus labiis*, sive *labio altero fisso*, praeditum. Conf. eā de re Ibn-
Khallicānis locus in laudato capite, edit. Slanii T. I. p. 1. p. 50, et Wüstenf. Fasc. I.
p. 51 (ubi vs. 3 male legitur مشقوة pro مشقوة); itemque Kamūs. in سلف, qui se-
quentia huc spectantia offert: وسلفه بالكسر وكعنبته من أعلامهم وجد جد الحافظ محمد
ابن أحمد (أحمد بن محمد I.) السلفي معرب سه لبة أي ذو ثلاث شفاه لأنه كان مشقوق

الشِّفَّة, His jam collatis (ex quibus corrigantur ab Hamakero dicta in *Spec. Catal.* p. 128 annot. 492), facile erit in loco, etiam supra citato, e libro طبقات الحقاظ (16, 4), verba, sic perperam a Wüstenfeldiq edita: وسلفه لقب جده احمد ومعناه الغليظ. Hic enim cognomen illud generalius explicatur *crasso labio praeditus*. H. E. W.]

Iste Abū-Bacr Ahmad Ibn-l-Hasan al-Khatib non est confundendus cum celeberrimo Abū-Bacr Ahmade Ibn-Ali al Khatib, qui vulgo al-Khatib al-Bagdādi nuncupatur, et Bagdādi Chronicon composuit (nato demum a. 392), de quo vide Ibn-Khallicān n. 33 (ed. Wüstenf. Fasc. I. p. f_v, Sianū T. I. p. 1. p. ٣٨), et Hamak. *Spec. Catal.* p. 153 seqq.

Verba رَوَايَةٌ تَغْلِبُ, quae forsā lectorem aliquantulum morari possent, sic explico, ut Auctor iis hoc exprimere voluerit: *» a quo quidem doctore longe pleraque quae tradebat mutuatus erat.*»

De Abū-l-Hasan Ali al-Khattān vid. Tab.-l-Hoffādh 11, 59.

De Abū-l-Kāsimo at-Tabarānī vid. Ibn-Khallicān n. 273 (ed. Wüstenf. Fasc. III. p. ٨), et liber Tab.-l-Hoffādh 12, 27.

E libris, a Sojoutio nostro Ahmadi tributis, in Hādji-Khalifae Lexico tantum commemoratos invenio sequentes: التَّجْمِيلُ فِي اللُّغَةِ, etiam ab Ibn-Khallicāne et ab Herbeloto allatum, opus ejus principale, ob quod confectum in mundo Moslemico praesertim inclaruit, uti etiam nota marginalis indicat. Dein لغة, sicuti in ambobus Hādji-Khalifae exemplaribus scriptum invenio, non, ut Codex noster habet, اللغات. — Ejus كتاب في أسماء أعضائه وصفاته صنّف فيه جماعة من لادباء واللغويين لأنه من اللغة والنهار

Ibn Khallicān duos annos notavit, quibus Ahmades iste mortuus esse traderetur, nempe a. 390 et a. 375, quorum neuter cum Sojoutio convenit. E contrario autem Hādji-Khalifa Sojoutio assentit omnibus in locis, ubi Ahmadi scripta affert, nec non Codex 374. Interpretatio duorum versuum haec est:

- » Domine mi! peccata mea amplexus es scientiā, et me et omnia quae palam et quae clam perpetravi:
- » Ego is sum qui doctrinam de Dei unitate amplector, verum is etiam qui confiteor illa (peccata):
- » Tu nunc da peccata mea pro istā meā fide in unum Deum et confessione meā!"

[In fine observo, hic in textu (vs. 4 a f.) editum esse الحماسة المحدثة (Hamasam

novam) auctoritate Lexici Freytagiani, in quo مُخَدَّثُونَ *recentiores* significare legitur; mihi vero nulli dubio obnoxium videri, quin pro مُخَدَّثٌ hoc sensu مُخَدَّتٌ dicendum sit, in passivā formā. Djauharius et Firūzāb. plane tacent; at ipsa 4^{ae} formae potestas rem declarat: مُخَدَّتٌ enim *novae rei auctorem, creatorem*; مُخَدَّتٌ *recens productam, novam rem*, significat. Conf. Koran. 21:2, ex quo loco in Willmeti Lexicon recte forma مُخَدَّتٌ recepta est. H. E. W.]

Ad N. 7.

De Tha'labāo vid. Herbelot. in v., et Ibn-Khallicān n. 30 (ed. Wüstenf. Fasc. I. p. 38, Slanii T. I. p. L. p. 3.). — Ejus nomen relativum ducitur a ثَعْلَبِ اسْمِ لِقَبَائِلِ (teste Lobbo-l-Lobāb).

Celeber ejus Commentarius, quem التفسير الكشاف والبيان في تفسير القرآن nuncupavit, exstat adhuc in Bibl. Escorialensi (videatur ejus Cat. n. 1316 et 1400), et commemoratur ab Hādji-Khalifa et Ibn-Khallicāne. Sequens opus commemoratur ab Herbeloto in v. *Tha'lebi*, et ab Hādji-Khalifa in tit. عرَائِسُ الْمَجَالِسِ فِي قِصَصِ الْأَنْبِيَاءِ, itemque ab Ibn-Khallic.

[Pro خَزِيمَةَ, ut imprudenter est editum, sine dubio خَزِيمَةٌ restituendum est: nam sicut forma خَزِيمَةَ, si cum ح, ita خَزِيمَةٌ, si cum خ effertur, tanquam nomen proprium in usu est. Conf. Dhahabī المشتبه in v. الخَزِيمِيّ et خَزِيمَةَ. H. E. W.]

Nomen relativum *Makhladi* deducitur a proavo quodam مَخْلَدٌ dicto (teste Lobbo-l-Lobāb). — Historia Wāhidii legi potest infra in ipso quod edidimus opusculo, n. 70.

De anno mortis nostri, a Sojoutio notato, cum hoc convenit Codex 374 et Herbelotus. Diversitatem traditionis hac de re notavit Ibn-Khallicān.

Ad N. 8.

Hujus Ahmadis historia iisdem fere verbis legitur in Tab.-l-Hoffadh 13, 63, ubi ei praenomen أبو عمرو tribuitur (in Cod. 374, ad annum 429, أبو عمرو). — Ejus nomen relativum *Ma'āfirī* referendum est إلى المَعَارِفِ بطن من قَحَطَانَ (teste Lobbo-l-Lobāb); et طَلْمَنْكِيّ apparet ductum esse a طَلْمَنْكَة, urbe Hispaniae, hodie etiam *Talamanca*.

De Abū-Baero al-Odfewī videatur infra n. 113, ubi ejus historia traditur.

De Ibn-Abdolbarro exponunt liber Tab.-l-Hoffadh 14, 12; Ibn-Khallicā n. 847, et Herbel. in *Abdalbarro*, itemque H. A. Schultens. in *Addit.* ad h. l.

Ibn-Hazmi vita legitur in Tab.-l-Hoffadh 14, 5, et apud Ibn-Khallic. n. 459 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. ۳۸).

Annum nostri fatalem a Sojoutio recte datum esse, testatur consensus hac in re libri Tab.-l-Hoffadh l. I. et Codicis 374.

Ad N. 9.

Hādji-Khalifa hujus viri Commentarium commemorat in v. تفسير المهدي، et addit nomen ejus esse التفريل الجامع لعلم التنزيل، in quo titulo paullo fusius de eodem libro dixit, et rationem indicavit, quā Auctor rem suam tractaverit. — Videtur iste vir, unā cum opere suo, citari a Casirio in *Catal. Bibl. Escur.* n. 1265, ubi tamen ejus aetas perperam notata est.

Nomen relativum المهدي fortasse traxit ab urbē Mauritaniae المهدية، quae a. 303 ab Obaidollāhe al-Mahdi condita est. Si revera Casirius eundem virum significavit, animadvertendum est, eum ibi المرسي vocari, quod sic explicandum esset, ut in alterutrā harum urbium natus sit, in alterutrā deinde habitaverit.

De Abū-l-Hasano al-Kābisī vide Tab.-l-Hoffadh 18, 52, et Ibn-Khallic. n. 457 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. ۳۵), a quo Ibno-l-Kābisī vocatur. Nomen ejus relativum ducitur a قابس مدينة بافريقية (teste Lobbo-l-Lobāb, et Ibn-Khall. l. I.).

Nomen relativum Malaki ducitur a بلد بالاندلس (hodie Malaga) مالقة (teste Lobbo-l-Lobāb). — Diverso a Sojoutio modo annum mortis hujus viri notat Hādji-Khalifa, qui in titulis تفسير المهدي et التفريل eum ponit post annum 430: an recte, definire non ausim.

Ad N. 10.

Vir, cujus historia hoc N^o. exponitur, non magnae celebritatis videtur fuisse; certe administratorum ope, quae mihi ad manus sunt, nihil amplius de eo invenio; nec Auctor Codicis 374 ejus mortem commemorat. De nomine relativo عسكري vide Ibn-Khallic. in fine n. 163 (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 1۴).

Nomen relativum دورى ducitur ab الدور، quod (teste Lexico Geogr.) complurium locorum, in his loci ad regionem Bagdadensem pertinentis, est proprium.

De Alio ibno-l-Madīni qui plura scire cupit, adeat Tab.-l-Hoffadh 8, 15, et Herbe-

notum in tit. *Medini*, cujus auctoritate المَدِينِي pronuntiavi, quum idem illud vocabulum etiam المَدِينِي efferi posset.

De duobus fratribus Abū-Bacro et Othmāno ibn-Abī-Schaiba videatur Tab.-I-Hoffādh 8, 20 et 28.

Nomen relativum *Zahrānī* ducitur a زَهْرَانِ بَطْنِ مِنَ الْأَزْدِ (teste Lobbo-I-Lobāb). Aliud autem nomen relativum, quod statim sequitur, الحَثَلِي, quod Codex quidem diserte offert, sed de quo nullibi aliquam notitiam inveni, parumper dubito an recte se habeat.

De Abū-Bacro an-Nakkāsch exponit Tab.-I-Hoffādh 12, 24, Ibn-Khallic. n. 638; et reperitur ejus vita infra n. 92.

Postremum corrigat benevolus Lector errorem typographicum, quo infeliciter قُرْ pro قُرْ impressum est, in fine 1ⁱ. vs. hujus Numeri.

Ad N. 31.

De illo Ahmade, non minus quam de praecedenti, subsidia mea prorsus tacent; at vero celebris illius discipuli, hīc memorati, vita traditur ab Ibn-Khallicāne n. 626, et in Tab.-I-Hoffādh 13, 32. Conf. etiam Herbel. in v. *Nischabouri*.

Ad N. 32.

De al-Hasano ibn-Sofjān vid. Tab.-I-Hoffādh 10, 69; et de Abū-Ja'lā idem lib. 10, 71. — De Abū-Abdollāh al-Hākim conf. ann. ad n. 11.

Ad N. 33.

De hoc viro docto nihil inveni, nisi quae obiter de eo notavit praeceptor, Cl. Weijersius, in suo *Spec. Crit. exhibente Locos Ibn-Khakanis de Ibn-Zeidouno* p. 97 in ann. 125; neque ejus scripta hīc in textu enumerata, in Hādji-Khalifae opere aut alibi citata invenio. —

Al-Homaidū historia narratur in Tab.-I-Hoffādh 15, 9, et ab Ibn-Khallic. n. 627. Scripsit ille تاريخ الاندلس, ex quo verosimiliter haec verba desumpta sunt. Nomen ejus relativum refertur ad proavum حَمِيد (teste Lobbo-I-Lobāb).

المَدِينِي est urbs notissima Hispaniae, etiam hodie *Almeria* dicta.

Ad N. 14.

De illo etiam prorsus tacent Tab.-I-Hoffādh, Herbelot. et Ibn-Khallic.; Hādji-Khalifa vero eum commemorat in vocibus الجامع الكبير، الفقه، جامع العتّابى، et تفسير العتّابى، qui autem ejus praenomen non Abū-l-Kāsim, sed Abū-Nasr affert, ceterum de anno mortis cum Sojoutio conveniens. Fortasse quis conjiciat, eum esse filium illius Mohammadis al-Attābi, cujus Ibn-Khallic. vitam attigit n. 669; at neque nomen avi ejus convenit cum nomine patris hujus Mohammadis apud Ibn-Khallic., nec deinde etiam negligendum est, Mohammedem illum Bagdadi vixisse, hunc Bokharenssem dici.

Nomen relativum العتّابى referendum est, aut in universum ad proavum عتّاب، aut peculiariter, si de Mohamme illo al-Attābio ejusque familia sermo est (teste Ibn-Khallicāne), الزهيد — الى مَحَلَّة العتّابيين وهى احدى مَحَلَّات بغداد فى الجانب الغربى منها، scriptum est pro الزاهد، ut infra n. 21 زهر pro زاهر.

Ad N. 15.

In Catalogo Bibl. Bodlej., T. I. p. 252, commemoratum est sub n. 1219, opus Abū-l-Abbāsi Ahmadis ibn-Abdollah al-Ansāri al-Andalosi, complectens Commentarium in septem Moallakāt. Etiam praeter diversitatem, quae in patris nomine se offert, incertum est, an hic idem sit, de quo Sojoutius hoc loco scripserit.

De Ibn-Atijā illo, bene distinguendo ab aliis, ab Herbeloto in voce *Athiah* allatis, vid. Tab.-I-Hoffādh 15, 37, ubi ejus nomen non غالب sed غلاب dicitur. [Quamvis decernere non possim, utrum ille Abū-Bacr ibn-Atija rectius a Sojūtio *Ghālib*, an a Dhahabio *Ghallāb* dictus sit, operae tamen pretium videtur lectorem hic monere, utramque formam tanquam nomen proprium in usu fuisse. De غالب res notissima est: de غلاب idem constat ex Dhahabii المشتبه، qui praeter exempla nominis غلاب، unum etiam nominis غلاب، foeminae proprii, attulit. Conferatur quoque Kāmūsi locus, haec in غلب offerentis: وَيَغْلِبُ بن كَلْبٍ كَيْضِرٍ وَغَلْبُونَ وَغَالِبٌ وَكَسْحَابٌ وَكَتَانٌ وَزَيْبِرٌ أَسْمَاءٌ وَكَقْتَامُ أُمْرَأَةٌ. H. E. W.]

Nomen relativum الصديقى refertur من حَمِيرِ قَبِيلَةِ الى الصديقى (teste Lobbo-l-Lobāb). Idem dicit Ibn-Khallic. in fine n. 376 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 41): conf. etiam Sacyus in *Notices et Extr.* VII. p. 17 et 29. — De Abū-l-Walido ibn-Roschd, clarō illo philosopho, quem vulgo *Averroem* vocant, conf. Herbel. in *Aboutwalid* et in *Roschd*,

H. A. Schultens in *Addit. ad posteriorem l.*, et de Rossi *Dizionario* p. 157. — Nomen relativum *Khotanī* ducitur a ختن من بلاد الترك (teste Lobbo-l-Lobāb). Conf. Herbel. in *Khotan*. — In v. اندراش Lex. Geogr. habet: كورة البيرة اندراش بالشين المعجمة بلد من كورة البيرة بالاندلس.

Ad N. 16.

De Baccāro ibn-Kotaiba evolvatur Ibn-Khālicān n. 115 (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 8, Slanii T. I. p. I. p. ۱۳۳).

Nomen relativum *Missīsī* ducitur a مَصْبِيْضَة مَدِيْنَة عَلٰى سَاحِلِ الْبَحْرِ (teste Lobbo-l-Lobāb). Conf. Ibn-Khall. in fine n. 50 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 4, Slanii T. I. p. I. p. ۵۹), itemque Herbelot. in v. *Massissat*.

Ad N. 17.

Plura de isto viro docto quidem non invenio, at vero ejus nomen et annum fatalem recte hic datum esse, testatur Hādji-Khalifa, qui ejus opusculum المقنع الخ commemorans, nomen auctoris eodem modo refert. — De ejus nomine relativo *Safadī* vid. ann. ad n. 15. — Per errorem hic bis مَغِيْثٌ pro مَغِيْثٌ scriptum est: haec enim, non illa, forma nomen proprium exstitit.

Ad N. 19.

De Abū-l-Kāsim al-Koschairī vide sis infra n. 64, ubi ejus vita traditur.

Ad N. 20.

Ejus praenomen ابو المعالي fuisse traditur ab Hādji-Khalifa et in Codice 374. Alibi de eo nihil amplius inveni. — Quamquam ambo Hādji-Khalifae, quae mihi ad manus fuerunt, exemplaria loco ظاهر habent ظاهر, non tamen ausus sum nomen minus usitatum, et tamen haud paucis etiam proprium, in magis usitatum mutare, praesertim quum Cod. 374 mihi, ut noster, ظاهر obtulerit. Ejus Commentarium in Hādji-Khalifae Lexico memoratum inveni, non autem alterum opus, cujus potius argumentum quam titulum dare videtur Sojoutius. Porro error exstat in Codice nostro de anno mortis hujus viri, quum ambo Hādji-Khalifae exemplaria, nec non Cod. 374, annum 689 commemorent. Facili

negotio error ille explicatur, si statuamus, librarium in suo quo usus sit exemplo, numeros non literis, sed notis arithmetiis expressos invenisse; facillime enim ٦ et ٩ inter se permutantur.

• Ad N. 21.

Nomen relativum *Hīrī* ducitur ab حيرة بلد بالكوفة ونيسابور (teste Lobbo-l-Lobāb). Eodem teste refertur nomen relativum *Sarakhsī* الى سرخس مدينة بخراسان. Conf. Herbelot. in *Sarakhs*. — Porro nomen زهر scriptum est pro زاهر, ut in n°. sequenti offenditur; quā in re conferantur قسيم et قاسم, حارت et حارت; nec non supra in n. 14 الزهد pro الزاهد.

De urbe كشميين haec offert Lexicon Geogr.: كشميين بالضم ثم السكون وفتح الميم وباء كشميين ساكنة وهاء مفتوحة ونون قرية كانت عظيمة من قرى مرو في اخر عملها على طرف البرية لمن يقصد آمل جيحون خربها الرمل ٥

De Abū-Bacro al-Khatib vid. Herbelot., Tab.-l-Hoffādh 14, 14, et Ibn-Khallic. n. 33 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ٤٧, Slanii T. I. p. 1. p. ٣٨), itemque Hamakeri *Specim. Catal.* p. 153 seqq. — Idem etiam infra in n. 81 commemoratur, sed diversus esse debet ab illo, qui in n. 6 offenditur, ut in ann. ad hunc n° jam observavimus.

Commentarium nostri commemoratum invenio ab Hādji-Khalifā, etiam de anno mortis cum Sojoutio conveniente.

Ad N. 22.

Memoratur Ismā'īl iste ab Herbeloto sub titulo *Sabouni*, quod nomen ei datum est ob compositionem et venditionem saponis.

Zāhir as-Sarakhsī jam occurrit in n°. praecedenti, ubi vide sis annotationem.

Nomen Ibn-Khozaimae plenius reperitur in n. 7 supra.

De celebri illo Abū-Bacro al-Baihakī vid. Tab.-l-Hoffādh 14, 13; Ibn-Khallic. n. 27 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ٣٩, Slanii T. I. p. 1. p. ٤١), Herbel. in *Baiheki*, et H. A. Schultens in *Addit.* ad h. l. De ejus nomine relativo *Baihakī* vid. ann. ad n. 5.

Abdolazīzi historia memoratur in Tab.-l-Hoffādh 14, 23; et ejus patronymicum *Cināzī* referri potest ad complures personas aut familias, quae recensentur in Lobbo-l-Lobāb. — Versuum, quibus nostrum deflevisse Abū-l-Hasan ad-Dāwūdī dicitur, versio haec est:

» Periit Antistes Doctor Ismā'il; Heu illum! non est qui ejus locum occupet!
 » Ploraverunt coelum et terra die quo interiit, eumque defleverunt Patefactio ac
 » Revelatio.»

Ultima illa verba في آيات آخر, post quae perperam punctum omissum est, significant: *inter alios versus*, sive *cum aliis versibus*, et indicant, poëtam non hos solos versus istâ opportunitate composuisse, sed longius carmen, ad quod hi duo pertinerent.

De poëticâ scriptione سَمَا pro سَمَاءَ vid. Ewaldi *Gramm. Crit.* I. 276, II. 841.

Ad N. 23.

Conferantur de eo quae offert liber Tab.-I-Hoffādh 15, 43, qui multa cum Sojoutib communia habet. Pro nomine التَّيْمِي, ut edidi, ille habet التَّيْمِي; utrum rectius se habeat nescio, quum et in Hādji-Khalifae locis, in quibus noster commemoratur, et in Cod. 374, illud nomen desideretur. De Ibno-s-Sam'ānī, sive Abū-Sa'd as-Sam'ānī vid. ann. ad n. 5, et de as-Silafī ann. ad n. 6.

Hunc Ibn-Mandam nullibi inveni; alios vero qui vulgo hoc nomine vocabantur vid. apud Ibn-Khallic. n. 631 et 805.

Edidi الورقانية, ut hoc loco in Cod. scriptum est, sed videtur esse error librarii, qui في pro ك scripserit, ut apparet collatâ infra pag. 40 textûs Arab., vs. 3 a f. — Deducitur illud nomen relativum a وَرْكَانٍ مَحَلَّةٍ بِأَصْبَهَانَ وَرْقِيَّةٍ بِقَاسَانَ (teste Lobbo-I-Lobāb).

[Nomen طَرَادُ الزَيْنَبِي recte se habere, et simul, hunc virum Dhahabii aetate satis notum fuisse, apparet ex hujus المشتبه, ubi in initio capituli inscripti الزَيْنَبِي, legitur: الزَيْنَبِي طَرَادٌ وَعَدَّةٌ. H. E. W.]

Nomen relativum دَانِيَّاسٍ مِنْ بِلَادِ فِلَسْطِينَ ductum est a دَانِيَّاسِي (teste Lobbo-I-Lobāb). Conf. Herbel. in *Panias*.

De Abū-I-Kāsimo ibn-Asācir vid. ann. ad n. 2.

De Abū-Mūsa Mohammade al-Madīnī videatur Tab.-I-Hoffādh 16, 17; itemque vita ejus ab Ibn-Khallic. tradita, n. 629, quam edidit Hamakerus in *Spec. Catal.* p. 146 seqq. Sub titulo مَعْجَمٌ apud Hādji-Khalifam nullum Abū-Mūsae opus commemoratum vidi, nec Ibn-Khallicān hoc ejus scriptum affert.

Annus mortis nostri bene a Sojoutio notatum esse, testantur Tab.-I-Hoffādh et Cod. 374.

Ut melius intelligantur verba Abū-Mūsae, hic a Sojoutio (hujus paginae v. 11) citata, وهو المبعوث الخ, juvabit, observare, Auctorem spectare locum quendam e Traditione sancta

(حديث) Moslimorum, hac de re agentem: uti melius patebit e verbis, quae in libro Tab. I-Hoffādh I. I. Abū-Mūsae de nostro tribuuntur: لا أعلم احدا في ديار الاسلام يصلح لتأويل الحديث في المبعوث على رأس المائة الا هو de re in vita celeberrimi Schāfeī (7, 36) وقال احمد (credo *Ibn-Hanbal*; de quo paullo ante mentio facta erat) ان الله تعالى يقيض للناس في رأس كل مائة سنة من يعلمهم (السنن وينفى عن رسول الله صلى الله عليه وسلم الكذب فنظرنا فاذا في رأس المائة عمر بن عبد العزيز وفي رأس المائتين الشافعي Quibusnam viris doctis ex Aegyptiis honor ille a Moslemis tribueretur, docet Sojoutiūs in libro *Hosno-l-Mokādhara* etc. (vid. supra Proleg. p. 3), ubi vitam Sirādjoddini al-Bolkini (vid. ibid. p. 14 ann. 18) tradens, haec addit (Cod. 113 fol. 118): سمعت وكده شيخنا قاضي القضاة علم الدين يقول ذكر الشيخ كمال الدين الدميري ان بعض الاولياء قال له انه رأى قائلا يقول ان الله يبعث على رأس كل مائة سنة لهذه الامم من يجد لها دينها بدين بعمر وختمت بعمر قلت ومن اللطائف ان شطر المبعوثين على رؤس القرون مصريون عمر بن عبد العزيز في الاولى والشافعي في الثانية وابن دقيق العيد في السابعة والبلقيني في الثامنة وعسى ان يكون المبعوث على رأس المائة التاسعة من اهل مصر

His collatis verba in textu oblata nullam amplius difficultatem praebent, si teneamus locutiones على في etiam في (in quibus pro في رأس السنة, في رأس القرن, في رأس المائة adhiberi potest) significare: *in fine saeculi, in fine anni*; quod non tantum aetas omnium virorum supra commemoratorum indicat, sed etiam loci sequentes *MI Noctium* edit. Habicht. T. I. p. 38. vs. 7 a f. et 5 a f., p. 39. v. 8 seq., p. 40. v. 2 a f., p. 57. v. 7, collato imprimis Sacyi *Chrest. Arab.* edit. 2^o T. I. p. 282. v. 9. — Jam vero Dhahabius, nostro viro docto ob rationem chronologicam excelsum istum locum tribuere non audens, ait, Abū-Mūsam nimium quid in illius gratiam tentasse, quoniam vir ille summam celebritatem suam demum nactus esset, quum saeculum quintum jam diu praeterlapsum fuerat. » *Hoc (quod attuli)*, addit Sojoutiūs, (*declarat*) *ab omnibus concedi (non magis ab Abū-Mūsa, quam a Dhahabio, quem sola chronologiae ratio impediret, quominus illi assentiretur), eum fuisse virum temporis sui summum in scientiā.*»

Ex libris nostri a Sojoutio laudatis, memoratos invenio sequentes: الجامع في التفسير ab Hādji-Khalifa; في التفسير; في الايضاح في التفسير; ab eodem, nec non دلائل النبوة ab Hādji-Khalifa; الترغيب والترهيب; معتبد التفسير; ab Herbeloto et Hādji-Khalifa;

Khalifa; Commentarium in جامع الصحيح للبخارى et in جامع الصحيح لمسلم, et denique اعراب القرآن, ab eodem.

Celeberrimi doctoris Ahmadis Ibn-Hanbal historia legi potest apud Herbel., in libro-Tab.-I. Hoffādh 8, 18, et apud Ibn-Khallic. n. 19 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ۴۹, Slanii T. I. p. 1, p. ۳۳).

Ad N. 24.

Nomen nostri relativum *Tibriz* ducitur a تَبْرِيزُ بَلَدُ بَأَنْرَبِيْجَان (teste Lobbo-I-Lobāb).

De an-Nidhāmija paucis jam exposuimus in ann. ad n. 3.

Commemoratur ejus Commentarius ab Hādji-Khalifa in v. تفسير نجم الدين بشير الخ. — Male editum est, quemadmodum Codex vocem nobis obtulit, ابن طرزد. Inspectā enim infra paginā 25 (textūs Arab. vs. 3 a f.) apparet veram scriptionem esse ابن طَبْرَزْد, quod confirmatur ab Ibn-Khallic. ejus vitam tradente sub n. 510.

Vita Abdolmon'imi ibn-Colaib etiam exstat apud Ibn-Khallic. n. 415.

[Quod ad ابن سَكِينَة attinet, definire quidem non possum, quem Sojūtius hīc spectaverit; at collato Dhahabī المشتبه apparet, complures huic notos fuisse, quibus appellatio ابن سَكِينَة communis esset. Porro ex eodem liquet, سَكِينَة esse nomen multarum mulierum, et ~~nam~~ certe etiam virum fuisse (زياد بن مالك) qui praenomen haberet أبو سَكِينَة.

H. E. W.]

De al-Hāfidho ad-Dhāhiri mentionem injecit liber Tab.-I-Hoffādh 20, 8. [De nomine relativo الظاهري dignissimus qui conferatur est hic Dhahabī locus, ex المشتبه in v. الطاهري وبراء الفقهاء الظاهريّة والامراء الظاهريون ينسبون الى الخليفة الظاهر والى الظاهر صاحب حلب والى السلطان ركن الدين واليه ينتسب رفيقنا الشيخ شهاب الدين احمد الظاهري الشافعي والى صاحب حلب نسبة شيخنا الحافظ جمال الدين احمد بن محمد الظاهري. Vides, ultimum hunc eundem esse, quem Sojūtius commemoraverit.

H. E. W.]

De Mohibbo-d-dino at-Tabari vid. Tab.-I-Hoffādh 20, 4, Herbel. in v. Mohibeddin et in Thabari, et Hādji-Khalifa in الاحكام الكبرى (edit. Flügel. T. I. p. 174. n. ۱۵۷): et de Scharafo-d-dino ad-dimjāti, Tab.-I-Hoffādh 20, 7.

[Quod ad versus hīc oblatos attinet, primum quidem necesse puto pro vocabulo املی, licet in Codice perspicue oblato, آمدي per conjecturam restituere; ac deinde hoc tenendum

videatur, postquam iudentem spectare deminutivam formam nominis sui ^{بَشِيرٌ}, quae haec, cum senex esset annorum ultra 70, veluti per ipsam hanc suam aetatem in ordinariam, unâ litterâ breviorē, formam ^{بِشْرٌ} abiisset. Sic eos verte:

- » Intravi ad te, o spatium vitae meae! ut Boschair; et postquam ad finem tuum perveni, perveni eo ut Bischr.
- » Age, restitue mihi litteram meam Jā, quae excidit e nomine meo: et vero enim Jā in numerando valet decem.”

Cupit igitur, pro litterâ quam per senectutem suam e nomine amisisset, decem (utpote quem numerum ista littera exprimit) annos adhuc aetati suae adjuvâgi.

Ultimum vocabulum metrum ipsum indicat hîc ^{عَشْرًا} pronuntiandum esse: et haec oportunitas est corrigendi erroris, qui in Grammaticas Arabicas et in Lexicon novissimum irrepsit. Nam Golius quidem rectissime scripsit, formam ^{عَشْرٌ} decem mulieres, ^{عَشْرَةٌ} decem viros, significare; in Freytagii autem Lexico male pro priori formâ ^{عَشْرٌ} est substitutum, et pejus etiam in Grammaticis, per communem errorem, utraque forma ita depravata est, ut altera ^{عَشْرٌ}, altera ^{عَشْرَةٌ} scripta sit. Vide Erpenii Gramm. (edit. anni 1748) p. 172; Sacyi, ed. 1^o T. I. p. 310, ed. 2^o p. 418; Ewaldi, T. I. p. 231. Hanc scriptionem male se habere, et Golium verum vidisse, facile probant ex. gr. hi loci Korâni: C. 2: 192, 234; 6: 161; 7: 138, quibus unum addo e Grangereti de Lagrange *Anthologie Arabe*, p. 1.^a vs. 8. — Porro evidens est, formâ ^{عَشْرٌ} hic uti potuisse postquam, quoniam de decem annis (^{عَشْرٌ سَنِينَ}) cogitabat, quod nomen feminini generis est. Et saepe etiam Arabes formâ ^{عَشْرٌ}, nullo addito nomine, utuntur ad *decadem annorum* exprimendam: conf. Abulfadâi *Ann. Mosl.* IV. 432, ubi vs. 2 a f. legitur: هو في عَشْرِ السَّبْعِينَ, *erat inter annum aetatis 70^o et 80^o*, itemque locum Ibn-Khallicânis, edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ٦ vs. 2, Slanii T. I. p. 1. p. ٨ vs. 10, et locum a Sacyo editum in *Chrest. Arab.* T. I. p. 100, in quo verba في عَشْرِ الخَمْسِينَ وتسعمائة, nihil aliud significant nisi *incerto aliquo anno inter 950^o et 960^o* (nullâ de causâ igitur in his explicandis haesit summus ille vir, ibidem p. 428, 475 et 476). Aliis vero in locis eadem forma ^{عَشْرٌ} exprimit *decadem dierum* (sive proprie *decadem noctium*; nam apparet nomen foem. subintelligi, et notum est Arabes, utpote *noctu* ut plurimum iter facientes, *noctium* etiam magis quam *dierum* in tempore computando rationem habere), ut ex. gr. in Korâni C. 2: 234 et in Hamâs. p. 19 vs 1 a f. Quinimo (ut posterior locus jam arguit) hic usus formae ^{عَشْرٌ} creberrime sic obtinet, ut menses in tres dividantur partes, quarum prima dies 1 — 10, altera

11 — 20, tertia reliquos complectatur, et quarum singulae ^{عَشْر}, *dierum decas*, appellantur. Tum vero, quasi oblitus sint Arabes, illud vocabulum ex recepto linguae usu foemininum esse, nec *decadem* proprie, sed *decem* noctes, significare, si ei distinctionis causā adjectivum subjungunt, hoc non in foeminino, sed in masculino genere, solent efferre. Dicunt ergo الشهر الأول من العَشْر الأول, *decas prima mensis*, العَشْر الأوسط, *decas media*, et العَشْر الأخير sive العَشْر الأخير, *decas ultima*: conf. *Specimen Criticum* meum, p. 14 vs. 16; Abūlfadāi *Ann. Mosl.* I. p. 204 vs. 8; فتوح مصر, edit. Hamak., p. 3 vs. 6, caet. H. E. W.]

Dolendum est Codicem in fine hujus Numeri hiatum offerre: sine dubio Auctor narrare voluit facetum aliquod nostri effatum.

Ad N. 25.

De Bakījo ibn-Makhlad, cujus vita hoc Numero traditur, brevius dictum est in libro Tab.-I.-Hoffādh 10, 2, ubi ejus praenomen أبو عبد الرحمن fuisse traditur, quod confirmatur ab Hādji-Khalifa, commemorante ejus Commentarium in مستند ejusque تفسیر بقى in مستند الامام أبى عبد الرحمن بقى. De ejus doctore Jahjā ibn-Jahjā al-Laithi exponit Ibn-Khallic. n. 802; et de Abū-Mos'ab Ahmade liber Tab.-I.-Hoffādh 8, 71.

[De nomine relativo الزُهْرِيُّ, de quo Herbel. minus accurate dixit in v. *Zohari*, conf.

Ibn-Khallicānis verba in fine vitae ipsius illius viri, quem Herbel. l. l. commemoravit, *Abū-Bacri Mohammadis ibn-Moslim az-Zohri*, n. 574. Sic ille: والزهري بضم الزاى وسكون الهاء وبعدها راء هذه النسبة الى زهرة بن كلاب بن مرة وهي قبيلة كبيرة من قريش ومنها أمانة أم رسول الله صلى الله عليه وسلم وخلقت كثير من الصحابة وغيرهم H. E. W.]

Ibrāhīm ibno-l-Mondhir al-Hizāmī commemoratur in Tab.-I.-Hoffādh 8, 60.

[Cum in isto hujus libri loco, ut a Wüstenf. est editus, non الحزَامِي, sed الخَزَامِي, appellatur, et maxima sit diversitas nominum propriorum his litteris scriptorum حَزَام, حَزَام, خَزَام, خَزَام, ita ut incertus esse lector posset, utram scriptionem pro verā haberet, hic Dhahabii verba, quae المشتبه in v. الحزَامِي offert, rem plane decernentia, in medio ponam. Haec sunt: الحزَامِي مُحَمَّد بن حَفْص كوفِي روى عنه مُحَمَّد بن عثمان ابن أبى شَيْبَةَ وموسى بن ابراهيم الحزَامِي مَدَنِي صدوق من طبقة مَعْن القَزَارِ وبزای الضحَاك ابن عثمان الحزَامِي مشهور وابنه مُحَمَّد بن الضحَاك وابراهيم بن المُنْدِر شيخ البخَارِي وابو بكر بن شَيْبَةَ هو عبد الرحمن بن عبد الملك بن شَيْبَةَ الحزَامِي روى عنه عبد الله بن

شبيب وجعفر بن الفضل المؤدب وبالتثقيب شيخنا القدوة عماد الدين الجرامى الواسطى

H. E. W.]

De Abū-Tāhir Ahmade ibno-s-Sarh agit liber Tab.-l-Hoffādh 8, 97, et de Hischāno ibn-Ammār 8, 38. —

Quamquam Codex offert ابن احمد بن حنبل non dubito tamen quin prius illud ابن rejiciendum sit, et ipse celeberrimus Ahmad ibn-Hanbal hic indicetur, qui hocce tempore Bagdadi docebat. Apparet quidem ex Ibn-Khallicāne, in vita Ibn-Hanbalis (n. 19, edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ٣١, edit. Slanii T. I. p. 1. p. ٣٣), huic duos fuisse filios, doctrinae laude conspicuos, nomine *Salikum* et *Abdollahum* (صالح وعبد الله), quorum alter, natus a. 203, anno 266 mortuus fuerit, alter in vitā manserit ad a. 290, quo tempore aetatem attigisset 77 annorum; sed a neutro horum hic Bakī ibn-Makhlad, natus a. 201, facile didicerit. Accedit, eum in libro Tab.-l-Hoffādh l. l. dici خاصة من احمد بن حنبل i. e. qui singulari favore ab Ahmade ibn-Hanbal distinguebatur. — Vita Jahjae ibn-Abdolhamid legitur in Tab.-l-Hoffādh 8, 10. Ejus nomen relativum حماني ducitur ab حمان قبيلة من تميم (teste Lobbo-l-Lobāb).

De Abū-Bacro ibn-Abī-Schāiba vid. ann. ad n. 10; et de Ibn-Hazmo ad n. 8. — Vita Ibn-Djariri traditur infra n. 93.

Abdorrazzāk, qui hic spectatur, est sine dubio ille cujus vita exstat apud Ibn-Khallicānem n. 409 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. ١١٢). —

De celeberrimo Bokharīo copiose exposuit Herbelot. in v. *Bokhari*, Ibn-Khallic. n. 580, et liber Tab.-l-Hoffādh 9, 34. Conf. de eodem operis inscripti *Fundgruben des Orients* T. II. p. 201 seqq.

De Moslimo vide Herbelot. in v. *Moslem*, Ibn-Khallic. n. 727, et Tab.-l-Hoffādh 9, 65. —

De Nasaijo paucis dixit Herbelot. in v. *Nesai*: porro de illo vide Tab.-l-Hoffādh 10 64, et Ibn-Khallic. n. 28 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ٣٧, Slanii T. I. p. 1. p. ٣١). In fine istius vitæ hic docet, nomen relativum نَسَائِي duci ab urbe نَسَاء, in Khorasāne sita.

Conf. Herbelot. in v. *Nessa*. —

Origo nominis relativi Gāfiki jam exposita est in ann. ad n. 4. —

De anno mortis nostri, hic in Cod. notato, conveniunt etiam alii auctores.

Ad N. 26.

Praeter nomina nihil a Sojoutio datum est: quod tanto magis dolendum, quod nullibi de eo aliquid inveniam ad lacunam explendam. — Ejus nomen relativum *Dāmaghānī* ducitur a دَامَغَانَ مدينة من بلاد قُومِس (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 27.

Nomina nostri relativa *Abdars* et *Scharibi* ducuntur, alterum a عَبْد الدَّارِ بْنِ نُصَيْبٍ, alterum a شَابِطَةُ مَدِينَةَ بِالْأَنْدَلُسِ (teste Lobbo-l-Lobāb). —

De Abū-Mohammade Abdollah ibn-Hautollāh exponit liber Tab.-l-Hoffādh 18, 2; et conf. de eodem de Rossii *Dizionario* p. 100 in v. *Hautalla* (qui quod de hoc in medio posuit, e Casirii *Bibl. Arab. Hisp.* II. p. 192 hausit). — De ejus fratre Abū-Solaimāne, nihil inveni.

Ad N. 28.

De nomine relativo زَعْفَرَانِي vid. Ibn-Khallic. in fine n. 156. (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 88). — De Sahl al-Askariō exponit liber Tab.-l-Hoffādh 8, 40; et de Alio at-Tanāfisi 8, 31. Nomen hocce relativum ducitur a confectione aut venditione stratorum, quae طَنْفَسَةٌ dicuntur (teste Lobbo-l-Lobāb). —

De Abu-Bacra as-Schāfi exponit liber Tab.-l-Hoffādh 12, 1; et ipsum quod edidi opusculum, infra n. 52, de Ibn-Abi-Hātimo. —

Ad N. 29.

Vita Abū-Ahmadis al-Ascarī memoratur ab Ibn-Khallic. n. 163. Commentarium nostrū in Korānum ab Hādji-Khalifa memoratum non video. Attamen affert in v. الأوائِل (edit. Flügel. T. I. p. 490. n. 417) ejus كتاب الأوائِل sive *librum de diversis rebus, quo tempore et per quos, aut in quibus, primum obtinuerint*. Brevem tantum hunc tractatum fuisse dicit Hādji-Khalifa, cujus locos selectos (مُلَخَّص) ediderit ipse Sojoutiūs. — Dein et alterum ejus librum commemoravit sub titulo صناعتِي النظم والنثر; nec non ejus ديوان العسكِرِي et *poëmatum collectionem*.

Annus mortis ejus a Sojoutiō generaliter et inaccurate datus est. Hādji-Khalifa, quum ejus opera affert, constanter annum 395 notat; quod quidem e Codice 374, quum de hoc al-Hasano taceat, confirmari nequit. —

Ad N. 30.

De al-Hasano isto plura mihi non occurrerunt, nisi nomen ipsum apud Hādji-Khalifam. De as-Silafio jam egimus in ann. ad n. 6.

De Abū-Ishāk as-Schirāzī, magistro et amico nostri al-Ḥasanī, et celeberrimī collegi, a Nidhāmo-l-molc Bagdadi fundati, rectore, vid. Ibn-Khallic. n. 5. (edit Wüstenf. Fasc. I. p. 8; Slanii T. I. p. 1. p. 6), Herbelot. in voc. *Abou Ishak, Ibrahim al-Schirazi, Schirazi* et praesertim *Pirousabad*, itemque Wüstenfeldii liber: *die Academies der Araber*, p. 9—11. —

De Ibno-s-Salāho, cujus testimonium a Sojūtio affertur, conferri possunt Ibn-Khallic n. 422, Tab.-l-Hoffādh 18, 21, et Herbel. in *Salah*.

Ab Hādji-Khalifa nostri commentarius hic memoratus affertur sub titulo البديع والبيان الخ, non autem dubito praeferre البديع في البيان; ceterum annum mortis ejus etiam Hādji-Khalifa definire non potuit, ideoque lacunā relictā omisit. —

[Versus, in fine hujus capituli a Sojūtio citati, sicut e Codice accurate descripti sunt, commodum sensum non habent. Nimirum unum verbum mendo corruptum videtur, quo sublato omnia facile intelliguntur: pro علمت in priore disticho lege جئت; et porro ultimum ejusdem vocabulum pronuntia سؤاليكي, et verbum تعينني in posteriore disticho تعينني (وعى). Quo facto, sic verte:

- » *O flatus Euri! si quando subsistes in tractu ejus (amatae a me puellae), transfer ei (haec mea verba): status in quo versor manifesto indicat quid a te petam:*
- » *En! ego ita comparatus sum, ut si tu quando mei recordaberis, (talem me animo repraesentare debeas, ut) nil mihi remanserit praeter viscera, expirantis instar.*”

Queritur poëta de ingenti suo ex amore orto dolore, qui ipsum etiam corpus ita affecisset, ut expirantis speciem referret; dicitque, hunc suum statum, nullis etiam additis verbis, manifesto declarare, se amatae puellae consuetudinem cupere neque aliā medicinā posse sanari. Caeterum conf. cum his versibus illos quos edidi in *Spec. Crit.* meo, p. 25 vs. 1; p. 27 vs. 5 et 6; p. 47 vs. 8; coll. p. 89, 94 et 163. Ad verba ipsa quod attinet, neminem offendat, verbum جلا hinc non cum *accusat.* rei, sed cum praep. عن construi: praeterquam enim quod evidens sit, illud verbum proprie nihil aliud significare quam *removit* (et hinc *retexit, ostendit, manifestavit* rem, hoc est, *removit* (operculum, velum, tenebras) a re), itaque constructionem ejus cum accus. *logicam*, eum عن *grammaticam* esse; hoc quoque animadvertat Lector, in ipsis Lexicis notatum esse, 2^m formam, significantem *revelavit* animum, cogitata, cum praep. عن solere construi (vid. etiam locus Hamāsae, p. 46 mediā, ubi verba كان يُجلى عن صاحبه, proprie significantia: *removebat, detergebat (moerorem) a domino suo*, sic vertenda sunt: *hilarem reddebat dominum suum*). Porro, vel uno collato loco libri فتوح مصر, edit. Hamak. p. 14, in quo verba لا بُد أن

سؤالك تُجيبُ (feri non potest quin facias id quod rogatus sis) se offerunt, cuius certum erit, hic etiam pronomini ك in سوالكى *objectivum* sensum posse tribui. Denique teneatur, vocabulum حشا ita apud poetas usitari, ut saepe, plane ut Latinum *viscera*, *sedem* exprimat *intimorum animi sensuum*, praesertim *amoris et doloris inde orti*. Conf. Grangereti de-Lagrange *Anth. Ar.* p. v vs. 11 et p. 119 vs. 4. H. E. W.]

Ad N. 31.

Cum أَلْمَعُ *acrem ingenio* significet, nomen nostri أَلْمَعِيُّ potest esse nomen *relativum*, quod gesserit tamquam *libertus* aut *posterus* viri, qui isto cognomine fuerit ornatus; at cum forma أَلْمَعِيُّ etiam ipsa *acrem ingenio* significet, potest etiam ipsius hujus viri *cognomen* esse.

Ejus nomen *relativum* كاشغارى الكاشغرى refertur الى كاشغار مدينة بالشرى (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ejus *Commentarium* in Korānum apud Hādji-Khalifam non invenio memoratum.

Ne forte quis putet, pro التصرف hic التصوف substituendum esse, juvabit duos alios ex hoc opusculo locos indicare, in quibus etiam التصرف scriptum est: nempe p. 11 vs. 14 et vs. 3 a f. Fateor autem, me hujus technici vocabuli usum non certo definire posse, licet sentire mihi videar, potestatem ejus Latino vocabulo *exercitatio*, sive Graeco άσκησις, exprimendam esse, itaque valde finitimam esse potestati vocis تصرف. In *Lexicorum* nullo; nec etiam in كتاب التعريفات, illud explicatur; et quod apud Hādji-Khalifam offenditur علم التصرف بالاسم الاعظم, plane aliud quid spectare videtur.

Ad N. 32.

Plura de isto non invenio, nisi quod ex Hādji-Khalifa pateat, eum celebrem fuisse nomine النيسابورى القديم. Citat enim is ejus *Commentarium* sub titulo تفسير النيسابورى القديم.

Abdolghāfir iste, cujus verba hic allata sunt, sine dubio est Abdolghāfir al-Fārisī, popularis nostri, cujus historia legitur apud Ibn-Khallic. n. 413 (edit. Wūstenf. Fasc. IV. p. 114).

Al-Asamm, ut hic simpliciter vocatur, qui etiam infra in n. 94 occurrit, est Abū-l-Abbās Mohammed al-Asamm: de eo agit liber Tab.-l-Hoffādh 11, 61.

De altero nostri praeceptore, Abū-Zacarījā al-Anbarī, vid. infra ad n. 135.

Abū-l-Kāsimū at-Tha'libī nullibi memoratum inveni; at nisi solum praenomen obstaret, certo crederem, illum significari, de quo supra n. 7 est expositum.

De as-Sam'ānīo vid. supra ann. ad n. 5; et de ad-Dhahabīo ann. ad n. 4.

[Ad Abū-Haijānū ibn-Haijān quod attinet, noti mihi sunt: محمد بن حَيَّان (تاريخ ابن حَيَّان), mortuus a. 354 (conf. Herbelot, in v. *Haiān*, et Hādji-Khalifa in *تاريخ ابن حَيَّان*); أبو حَيَّان علي بن محمد التَّوْحِيدِيّ (conf. Herbel. in v. *Haiān* cum Hādji-Khalifa in v. *الامتاع والموانسة*, edit. Flügel. T. I. p. 434 n. 1249); أبو مَرْوَانَ حَيَّان (conf. Ibn-Khallic. n. 209, edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 14, et Hādji-Khalifa in v. *المقتبس في تاريخ علماء الأندلس*); ac denique ائير الدين أبو حَيَّان محمد بن يوسف الأندلسي (conf. Herbel. in *Abou Haiān* et *Haiān*, et Hādji-Khal. in v. *البحر المحيط* et compluribus aliis in locis). Ex his igitur quatuor equidem non dubito, temporis ratione habitā, quin ille quem secundo loco dixi (*Abū-Haijān Alī ibn-Mohammad at-Tauhīdī*), hīc significatus sit; nec mirum enim, si is etiam *Ibn-Haijāni* nomen, universae familiae per stirpis auctorem proprium, gesserit. H. E. W.]

De Carrāmitis, Anthropomorphitarum sectā, consulatur Herbel. in voce *Keramioun* et Pocockii *Spec. Hist. Ar.* (ed. 2dae) p. 227.

In vs. 8 hujus numeri الفرغاني edendum putavi, quamquam in Cod. nec penultima, nec quarta a fine litera punctum inscriptum habet: ipsum quidem illum virum nusquam commemoratum vidi, at relativum hoc nomen, ab urbe *Farghānā* ductum (conf. Herbel. in v. *Farganah*), notissimum est. — De Jakūto denique vid. supra ann. ad n. 6.

[Ex versibus hīc citatis, ii qui primum locum tenent, satis intelligi nequeunt, nisi animadvertentis, in fine prioris distichi spectari duos dies, qui sollennium Meccanorum sunt praecipui, et quorum alter statim alterum excipit. Nempe nonus dies mensis Dhū-l-hiddjae, omnium sanctissimus, quem Moslimi, ad sacra obeunda Meccae peregrinantes, in monte Arafāt (عَرَافَات) transigunt, precibus caerimoniisque intenti, ab Arabibus dici solet يَوْمُ عَرَفَةَ, sive etiam يَوْمُ جَمْعٍ: conf. Firūzāb., in *Kāmūso* (v. جمع) haec offerens: وَجَمْعٌ بِلَا لَامٍ, et vocabulum جَمْعٌ, sine articulo, est nomen *Mozdalifae* (loci notissimi in agro Meccano), et يَوْمُ جَمْعٍ dicitur sacer ille dies, qui alio nomine dies Arafae vocatur, itemque nomine أَيَّامُ جَمْعٍ nuncupantur sacri dies quos in vallē *Minā* transigunt; ac porro conf. Herbel. in *Arafah*, et Burckhardtii *Reisen in Arabien*, p. 400—413. Dies qui hunc sequitur, decimus Dhū-l-hiddjae,

dies *festus* est, quo in valle Minā (reliqui autem Moslimi, qui Meccam non profecti sunt, suo quisque loco) statas victimas immolant, et hoc ritu peracto, sibi invicem celebrata sollemnia gratulantur, jamque barbam tondent novasque induunt vestes: hic igitur dies *يوم العيد* *يوم الأضحى*, sive *يوم القران*, sive *يوم النحر*, sive simpliciter et *يوم العيد* (dies festi) dicitur: conf. *Spec. Crit.* mei p. 78 in ann. 32, Herbel. in v. *Aid*, et Burckhardt. I. I. p. 413—417.

His praemissis, melius intelligetur poeta, haec dicens (nempe si verba, in Codice non sine mendis oblata, jam satis correxerimus, et quas oporteat vocales iis adscripsimus):

- » (Decet) contentum esse tempore, quomocunque procedat, et patientem esse:
- » et vero in diebus ejus est sollemne Arafae et Festum sacrificiorum.
- » Et cur timeres tibi? praefinita est sors tua: lignum a diebus (veniens), nisi molle est, durum est."

Prioris distichi sensus huc redit: *Decet e. e. t.*, nam procul abest ut omnes dies ejus infausti et tristes sint: excipit diem Arafae, severioris abstinentiae ultimum, dies festus sacrificiorum. In altero disticho, si lectio Codicis *قضيت* bene se habeat, hoc quidem verbum, et reliqua omnia, non aliter quam feci explicari posse videntur; at dubito tamen, ne de aliis molestiis dicam, an vel poetae Arabi licuerit dicere *قضيت* (praefinitus est, scil. a Deo) pro *قضيت حاله (أحواله)* (praefinitus est status ejus; praefinitae sunt res ejus): et propterea post intentam et identidem iteratam verborum considerationem, jam mihi paene certo persuasum est, distichon illud compluribus mendis corruptum esse, sic corrigendis, ut pro secundo verbo (quod in Cod. non *تخش*, sed *تخش*, primam litteram punctis destituta, scriptum est) *يتخش*; pro quarto (قضيت), *قضيبي*; et denique pro ultimo (عد) *عود* substituas. Quo probato, verba hunc in modum vocalibus instruantur:

وَلَمْ يَخْشَ عَلَيْكَ قَضِيبُ عُدٍّ مِنْ أَيَّامِ لَأَنَّ عُدٍّ

et jam sic vertantur: » *Nec dura tibi unquam fuit virga ligni a parte dierum, quin etiam (tibi) molle exstiterit (aliud ab eorum parte) lignum.* Ad sententiam explicandam nihil porro requiri vides. H. E. W.]

Versuum qui sequuntur hic sensus est:

- » In scientia ejus qui perspicit abscondita (Dei) res mirae sunt: patiens igitur sis, nam patientiam pulchram laetus exitus manet.
- » Et calamitates fortunae si oppugnans telis patientiae, (aliud quid) rejicietur in te, et haec erunt dona.

» *Nunquam adversitatis nox obscura fuit caligine sua, quin etiam felicitatis
» stellae in eâ apparerent.* —

Qui hos excipiunt, sic vertendi sunt:

» *Cujus opem implorabit servus, nisi Domini sui? Et quis viro (praesto est)
» aerumnarum et angoris tempore?*

» *Et quis est rex mundi et rex omnium in eo degentium? Et quis tollit calamita-
» tem e longinquo et in propinquo?*

» *Et quis depellit infortunium tempore quo desinit esse? Num illud ex aliis
» quam tuis operibus est, o Domine mi?* —

De al-Baihakîo vid. ann. ad n. 5; de ejus opere شعب الأيمان Hādji-Khalifa mentionem facit, tum in hoc titulo, tum in جامع المصنف. —

Ibn-Habîba hîc edidi, ut in Cod. scriptum est, cum tamen dubium non videatur, utrum haec scriptio, an illa quae in initio hujus capituli offeratur (Ibn-Habîb), pro vera habenda sit: Hādji-Khalifa enim hunc virum commemorans in تفسير أبى القاسم, etiam ابن حبيب, non ابن حبيبة, scripsit. —

Voces أَلدنى أبى, quas Codex exhibet, sensum prorsus singularem habere videntur, cujus plura exempla mihi non occurrerunt. نَدَّ enim in 4^a forma a Freytagio explicatur: *in unum oris angulum infudit medicamentum aegroto,* quod hîc metaphorice sumi videtur de praecepto ei a patre crebro repetito et animo quasi infuso. Praeceptum illud Latine versum hisce verbis exprimitur:

» *Reges sunt calamitas ubicunque degant: quare ne in eorum tutela tibi sit
» umbra.*

» *Quid sperares ab hominibus, qui quum irati sunt, injuste te tractant, et si
» faciis quo contenti sint, fastidiunt.*

» *Et si eos laudas, putant te ipsos decipere et onus te habent, sicut onus habetur
» pondus grave?*

» *Itaque Deo contentus abstine a portis illorum in perpetuum: nam illorum
» portis adstare vilitas est.* —

Ad N. 33.

Nomen relativum البَجِيلِيّ refertur ad بَجِيلَة اسم لِقَبائل (teste Lobbo-l-Lobāb).

De Jazīdo ibn-Hārūn vid. Tab. l-Hoffādh 6, 67. Etiam commemoratur in Selectis e Thaālibi الصواب لطائف, subjunctis Grammaticae Arab. Cl. Roordae, p. f. n. 1^a. —

Nomen relativum السَّهْمِيُّ ducitur a سَهْمٌ, quae gens est ad tribum قُرَيْشٍ, itemque gens ad tribum بَاعِلَةَ pertinens.

De Abū-n-Nadhro consulatur Tab.-l-Hoffādh 7, 35; obiterque occurrit mentio Schabābae ibn-Sawād in eodem libro 5, 57. [Collato Dhahabī المشتبه, in v. شَبَابَةُ, ubi legitur: طبقاتُ شَبَابَةُ بنِ مُعْتَمِرِ كُوَيْبِيِّ عَنْ قَتَادَةَ وَشَبَابَةَ بنِ سَوَّارٍ: هَذَا الحَقَاقُطُ hīc laudato, male in Wüstenfeldii editione legi ابْنِ سَوَّادٍ. Caeterum ex المشتبه quoque apparet, utrumque vocabulum, سَوَّادٌ et سَوَّارٌ, pro nomine proprio usitari, et illud quidem tum plerumque سَوَّادٌ pronuntiandum esse, hoc سَوَّارٌ; fuisse vero etiam, qui سَوَّادٌ, qui سَوَّادٌ, et qui سَوَّارٌ, vocarentur. H. E. W.] —

De Mohammade ibno-l-Ahzam vid. infra n. 123, ubi ejus vita traditur, at non confundendus est cum Ibno-l-Akhramo (ابن الأخرم), de quo exponit liber Tab.-l-Hoffādh 11, 62.

De Mohammade ibn-Sālih vide Tab.-l-Hoffādh 9, 72. —

Nomen relativum العَتَيْكِيُّ ducitur ab العَتَيْكُ (1. عَتَيْكُ sine Artic.) (teste Lobbo-l-Lobāb).

De al-Hākimo vid. ann. ad n. 11.

Ad N. 34.

Plura de isto Hosaino non inveni, nisi quod in Catal. Codd. Mss. Bibl. Reg. Paris., T. I. p. 127 n. 259, tractatus occurrit, ad artem interpretandi Korāni pertinens, cujus auctor esse legitur *Abū-Saīd Mohammadis filius*. Verosimile videtur, hunc eundem esse, de quo Sojoutius exposuit. —

De celeberrimo ejus discipulo Abū-Noaim al-Isfahānīo consulantur Tab.-l-Hoffādh 13, 62, Ibn-Khallic. n. 32 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 41; Slanii T. I. p. 1. p. 37), Herbel. in *Esfahani, Abou Naim*, caet.; et Wüstenfeldii libellus *Ueber die Quellen Ibn-Challikans*, p. 20. — In loco libri Tab.-l-Hoffādh, primum laudato, error corrigendus est in anno mortis ejus, qui ibi 403 fuisse legitur, quum Ibn-Khallic., Hādji-Khalifa in tit. حَلِيَّةُ الأَوْلِيَاءِ, et Cod. 374, omnes de anno 430 convenient.

E nostri hīc allatis operibus nullum ab Hādji-Khalifa commemoratum invenio; fortasse ante ejus aetatem jam interierant.

Vita Abū-l-Kāsimi al-Baghawi memoratur in Tab.-l-Hoffādh 10, 82; et ejus nomen relativum ducitur a بَغَشُورٌ بلدٌ بَيْنَ هَرَاةَ وَمَوِ السُّرُودِ وَيُقَالُ لَهَا بَغُ (teste Lobbo-l-Lobāb).

Conf. Herbel. in *Bagavi*, et Moelleri *Catal. Bibl. Goth.*, p. 2.

De Ibn-Säid Jahjā vid. Tab.-l-Hoffādh 10, 109.

Ad N. 35.

De isto plura videantur apud Ibn-Khallic. n. 184 (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 111), Herb. in v. *Bagavi*, et in Tab.-l-Hoffādh 15, 30. — Notandus est error nostri Codicis in vocibus ابن الفراء, cum vir iste ab Ibn-Khall., Hādji-Khafifa, et in Tab.-l-Hoffādh, non Ibno-l-Farrā, sed al-Farrā, cognominatus fuisse tradatur. De ejus nomine relativo *Baghawz* vid. ann. ad n. 34.

Vita ejus praeceptoris al-Kādhi Hosaini traditur ab Ibn-Khallic. n. 182 (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 118).

Nomen relativum المَلْحِي ducitur a خِزَاعَةٌ مِنْ مَلِيحٍ بَطْنٍ, teste Lobbo-l-Lobāb. Idem Djuaharius in Sihāho docuit, dicens: وَمَلِيحٌ مُصَغَّرٌ حَتَّى مِنْ خِزَاعَةٍ وَالتَّسْبِيَةُ إِلَيْهِمْ مَلْحِيٌّ مِثَالٌ. هَذَا لِي. Si igitur Abū-Omar Abdolwāhid, qui hic commemoratur, ab ista tribu nomen relativum المَلِيحِي traxit, hoc pronuntiari debet المَلِيحِيُّ (in textu per errorem scriptum est المَلِيحِي), sicut non tantum هَذَا لِي, verum etiam هَذَا لِي, dici potest. [At collato Dhahabii المشتبه المَلِيحِي, ubi in v. المَلِيحِي sequentia offeruntur: أَبُو عَمْرٍو عَبْدِ الْوَاحِدِ, ابن أحمد شيخ محبي السنة البغوي, evidens est, hunc, ut complures alios, illud nomen relativum non a tribu مَلِيحٍ, sed a مَلِيحٍ (quod nomen proprium multorum virorum est), acceptum tulisse. H. E. W.]

De Abū-l-Hasano ad-Dāūdi vid. ann. ad n. 22.

Vocabulum عِنْدَهُ, in paginae 13 v. 3, quod recte se habere nequit, in عِبْدُهُ, ejus servus, mutare propono. [In hoc vocabulo hic sine dubio proprium istius Abū-Mansūri nomen latet. Et animadvertendum, haec in Kāmūso (v. عند) legi: وَعِنْدَةُ امْرَأَةٌ مِنْ مَهْرَةٍ; أم علقمة بن سلمة; quae confirmantur etiam collato Dhahabii المشتبه, in quo sub v. عِبْدُهُ, primum multi viri hoc nomen gessisse traduntur, tum alii quoque nomen عِبْدُهُ, tum unus عِبْدُهُ, tum alii عِبْدُهُ, et tum haec subjunguntur: وَعِنْدَةُ امْرَأَةٌ مِنْ مَهْرَةٍ بَقْتِجٍ وَنُونٍ. Plures igitur homines praeter unam hanc foeminam istud *Andae* nomen gessisse, nec Firūzābādīo, nec Dhahabīo, notum fuisse videtur, et tamen fieri posset, ut idem etiam Abū-Mansūro illi proprium fuerit: quod cui minus verisimile videatur, is pro عِنْدَهُ per conjecturam substituatur nomen عِبْدُهُ. H. E. W.]

Nomen relativum Naukānī refertur ad مَدِينَةَ بَطْوَسِ نَوْقَانَ (teste Lobbock-Lobāb). [Secundum Lexicon Geogr. et Kāmūsum; non نَوْقَانَ, sed نَوْقَانَ, scribendum est. Et sic etiam Golius scripsit in *Notis in Alfergan.* p. 185, qui caeteroquin male dicit, نَوْقَانَ partem esse ipsius urbis Tūs, cum ad hujus ditionem pertineat. In Dhahabī المشتبه quoque, in ipsā voce النوقاني, النوقاني scriptum legitur, at in voce البرقاني haec offeruntur: البرقاني بالفتح بَرَقَانُ من قَرْيِ خَوَارِزْمِ مِنْهَا الْكَحَافُ أَبُو بَكْرٍ أَحْمَدُ بْنُ مُحَمَّدٍ أَيْنِ أَحْمَدِ بْنِ غَالِبِ صَاحِبِ التَّصَانِيفِ مَاتَ ٤٢٥ وَيُنَوِّسُ الْأَوْلَى مَفْتُوحَةً نَوْقَانَ هِيَ قَصَبَةُ طُوسَ مِنْهَا الْحَاكِمُ أَبُو شَجَاعٍ نَاجِمِ بْنِ مُحَمَّدِ النَّوْقَانِيِّ رَوَى عَنْ أَبِي مُحَمَّدِ الْكَاسِمِ بْنِ أَحْمَدِ السَّمِرْقَنْدِيِّ وَعَنْ السَّمْعَانِيِّ وَأَبِي الْقَاسِمِ أَسْمَعِيلِ بْنِ زَاهِرِ النَّوْقَانِيِّ رَوَى عَنْهُ طَائِفَةٌ مِنْهُمْ مُحَمَّدُ ابْنِ جَامِعِ خَيْطِ الصَّوْفِ وَأَبُو مَنْصُورِ مُحَمَّدِ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ أَحْمَدِ النَّوْقَانِيِّ حَدَّثَ عَنِ الدَّارِقُطِيِّ بِالثَّنَنِ رَوَاهُ عَنْهُ الْفَضْلُ بْنُ مُحَمَّدِ الْأَبْيُورِيِّ مَاتَ ٤٤٨ وَأَبُو الْكَارِمِ فَضْلُ اللَّهِ بْنِ الْحَاكِمِ مُحَمَّدِ بْنِ أَحْمَدِ بْنِ النَّوْقَانِيِّ الشَّافِعِيِّ تَلْمِيزُ مُحَمَّدِ بْنِ يَحْيَى سَمِعَ عَبْدِ الْجَبَّارِ الْخَوَارِزْمِيَّ وَلَهُ إِجَازَةٌ مِنْ مَحْبِيِّ السَّنَةِ الْبَغَوِيِّ كَتَبَ عَنْهُ أَبُو رَشِيدِ الْغَزَالِ مَاتَ بَنَوْقَانَ سَنَةَ سِتْمِائَةِ وَلَهُ سِتُّ وَثَمَانُونَ سَنَةً. In hoc igitur loco tam manifesto indicatur, نَوْقَانِي pronuntiandum esse, ut non dubitem, quin scriptio نَوْقَانِي, quam dixi inferius in ipsā hac voce offendi, male, aut saltem contra Auctoris voluntatem, ibi in nostro Codice se offerat. Porro vides, hīc a Dhahabī eundem virum commemoratum esse, de quo Sojūtius mentionem injecit, nec dubium ergo erit, quin locus e طَبَقَاتِ الْكَحَافِ (15, 30), in quo idem ille (ex Wüstenfeldii edit.) أَبُو الْكَارِمِ فَضْلُ اللَّهِ بْنِ مُحَمَّدِ الْبَرْقَانِيِّ dicitur, hinc emendandus sit. H. E. W.]

De significatione vocabuli إِجَازَةٌ uberrime disputavit Hamakerus in *Spec. Catal.* in ann. ad p. 128 seq.: ex exemplis ibi allatis, quibus complura alia addi possent, patet إِجَازَةٌ esse *diploma*, quo doctor discipulo suo licentiam dat omnia, quae ipse aut viva voce ab aliis accepisset aut diplomatis jurē traderet, suo nomine docendi et propagandi. Hujusmodi diplomatis vi licebat discipulo, non tantum auctoritate praeceptoris sui quae audivisset referre et propagare, sed etiam docere poterat nomine et auctoritate doctoris celebrioris, a quo praeceptor suus audivisset, ejusque nomine traditionem referre, nullo alio nomine intercedente. Illud tamen tenendum est (quod caeteroquin res ipsa declarat), traditionis relationem (رواية) nomine alicujus Doctoris, semper majoris fuisse auctoritatis si traditionarius hunc Doctorem ipse audivisset (quod dicebatur رَوَاهُ عَنْ فُلَانٍ سَمَاعًا), quam

si, alio interveniente, per diploma licentiae (اجازة) hujus Doctoris nomine traderet. — Tali modo igitur fieri poterat, ut Abū-l-Makārim per اجازة referret nomine et auctoritate al-Hosaini nostri, quem docentem ipse audire non potuit.

Istiusmodi *diplomatis* exemplum quum non meminerim me alicubi in libris in lucem editis offendere, gratum fore Lectoribus non dubito, si ipse talis diplomatis specimen hic addam, quod casu fortuito se mihi obtulit, perlustranti Codicem 518 (de quo vid. supra Proleg. p. 20). Exstat hujus Codicis p. 56, ubi Epitomator, postquam vitam Schihāboddīni al-Hrdjāzi (الشهاب الحجازي) absolverat, de se ipso haec addit: قُلْتُ وَمَنْ

مكاسنه انه سألني أن اقرأ عليه حديث المسلسل بالأولية فقرأته عليه ثم أسمعيه (أسمعي 1). آياه من لفظه أيضا واجازني به وكتب لي بذلك اجازة بليغة قال فيها بعد سياق الحديث والشعر المسلسل والاشعار المتعلقة به ما نصه سمع مني هذا الحديث المسلسل والشعر المسلسل وبقيت الاشعار الفقيه الفاضل البارع المحتل الاوحد الموقر الامجد ابو العباس شهاب الدين احمد ناجل سيدنا الامام العالم العلامة عز الدين ابني عبد الله محمد الشهير اشبه (اسمه lege) الكريم باين عبد السلام الشافعي حفظه الله تعالى ورحم سلفه الكريم واجزته بما سمعه مني مع تلهفي له بالاجازة واذنت له ان يروي ذلك عنى وان يروي عنى جميع تروياتى ومصنفاتى وما لى من منقول ومأثور، ومنظوم ومنثور، ومروى وتصنيف، وجمع وتاليف، ومراسلة ومطارحة، ومداعبة ومبالحة، وما وجد لى من مقول، ويحدث ومقول، وجميع ما يجوز لى وعنى روايته بشرطه، وأرجو ان يكون بعون الله تعالى أذرى بضبطه، وذلك فى يوم الخميس المبارك السابع من شهر صفر سنة احدى وسبعين وثمانمائة انتهى بحروفه

Adduxi quidem hoc fragmentum ob rei opportunitatem, quamquam fatendum mihi est, hic illis in eo aliquid inesse quod non rite intelligam: quo praesertim pertinet ipsum illud حديث المسلسل. Primum quidem putavi; fortasse hoc nomine designari traditionem aliquam sacram; at perlustrato Bokhārii operis excerpto, quod exstat in *Wiener Jahrb.* B. 75 Anz. Bl. 2—24; B. 76 A. Bl. 1—15; B. 77 A. Bl. 44—50; B. 78 A. Bl. 1—16; B. 79 A. Bl. 1—16, nihiloque invento quod ad rem pertineat, jam statuendum mihi videtur, spectari narrationem aliquam, sive historiam, mihi aliunde non notam, quae prosaica partim, partim poetica oratione contineretur. Sine dubio autem, vel in initio loci minus bene legitur حديث المسلسل pro الحديث المسلسل, vel in sequentibus male scriptum est والشعر المسلسل pro وشعر المسلسل, itidemque الحديث هذا: e quibus utrum sit

verius, nunc quidem, cum de universa re incertus sim, existimare nequeo. Hoc tantum addo, vocem بِالْأُولَيَّةِ, in vs. 9, idem quod أَوْلًا (nempe prius, oppositum sequenti) videri significare; deinde, verba أَسْمَعْنِي آيَاهُ مِنْ لَفْظِهِ, in vs. eodem et seq., vertenda esse recitavit mihi eam sua voce (conf. Hamakeri Spec. Cat. p. 173 in ann. 604); tum, verbum سَأَى, in vs. 10, simpliciter esse Latinum adduxit (conf. Abūlf. Ann. Mosl. T. V. p. 326); tum, مَا نَصَّدُ, in vs. 11, significare haec quae ad litteram sequuntur (vid. Willmeti Lex.); ac denique, voce مَكْحَصِلٌ, in vs. 12, exprimi eum qui e lectis libris magnam doctrinae copiam collegerit.

Nostri Commentarius التفسير التنزيل في التفسير memoratur ab Hādji-Khalifā, qui hisce verbis illud opus describit: هو كتاب متوسط نقل فيه عن مفسري الصحابة والتابعين ومن بعدهم i. e. » Est liber mediocris voluminis, in quo haud pauca sumsit a commentatoribus » e sociis Mohammadis et Tābiīs, et aliis qui hos secuti sunt. — E Bibliothecis Europaeis exstat in Bibl. Gothana (vid. Moelleri Catal. n. 3, 4, 5), in Bibl. Lugd. Bat. (vid. ejus Catal. n. 83), et in Bibl. Escorialensi (n. 1274; vid. Casiri I. p. 488 seq.). — Memoratur ab eodem nostri الشئحة, quod opus hisce verbis incipit: الحمد لله الذي لم يتخذ ولدا ولم يكن له شريك في الملك الخ Hādji-Khalifa laudatur: est opus celeberrimum, complectens 4484 traditiones. Porro quoque Hādji-Khalifa affert الصكحيين, in quo libro conjunxit auctor celeberrima opera al-Bokhārii et Moslāmi; nec non ejus تهذيب, ab Hādji-Khalifa tamen تهذيب الفروع, dictum.

Verba statim in textu sequentia, in quibus Lector fortasse parumper haerere posset, hoc sibi volunt: » et peculiari Dei favore adjunctus est in scriptis suis, Deoque largiente illa ab omnibus tanquam grata accepta sunt ob pulchram suam intentionem; et non solebat lectiones suas habere nisi in statu munditiei, eratque contentus parvo et pius, comedens panem solum; dein vero a consuetudine deflexit hac in re, eumque comedere coepit cum oleo. De phrasi القى الدرر conf. Proleg. p. 7 vs. 11, et p. 9 vs. 9. — Ex Ibn-Khall. patet, diversas fuisse traditiones de anno ejus mortis, quum alii eum obiisse a. 510, alii a. 516 statuerent; attamen liber Tab.-I-Hof-fādh et Hādji-Khalifa cum Sojoutio consentiunt. —

Ad N. 36.

De isto qui plura scire cupit, adeat Ibn-Khallic. n. 215 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. 12). —

[Pro استغل, quod hfc in textu est editum (quoniam Codex استغل offert), sed quod vix in commodum sensum explicari posset, sine dubio اشتغل substituendum est, tum quod in Vita hujus viri apud Ibn-Khall. iisdem quibus hoc loco verbis dictum est: اشتغل ببغداد على الكيا الهراسى; tum quod suetissima dicendi formula est: اشتغل على فلان, apud hunc illumve magistrum disciplinae operam dedit: conf. Ibn-Khall., edit. Slanii, I. I. p. ٣١ vs. 3 a f., p. ٩٨ vs. 11 a f.; Abūlfadāi *Ann. Mosl.* II. 74, 456 vs. 11 et vs. 13, 604; IV. 74, 238. H. E. W.]

الكيا الهراسى eodem modo tanquam magister nostri الخضر affertur apud Ibn-Khallic. l. l., ubi tamen Wüstenfeldius perperam الكيآ edidit, quum hoc ejus cognomen الكيآ pronuntiandum sit: quod patet ex ipso Ibn-Khall., qui ejus vitam tradidit sub n. 441. (ed. Wüstenf. Fasc. V. p. ١٥), et ibi de hoc cognomine dicit (p. ١٧): ولا اعلم لآى معنى قيل: له الكيآ وفى اللغة العجمية الكيآ هو الكبير القدر المقدم بين الناس, quod Lexicis Persicis confirmatur. — De الهراسى Ibn-Khallic. ibi nihil in medium protulit; at vero satis apertum est, eum hoc nomen gessisse tanquam nepotem viri cujusdam, cui nomen esset الهراس, de quā formā consulantur Lexica. —

ابوبكر الشاشى quoque in Vita nostri, tanquam ejus praeceptor, ab Ibn-Khallic. l. l. commemoratur, sed ibi tantummodo scriptum reperitur ابن الشاشى, pluribus non additis. Non est confundendus cum eo, cujus vita apud Ibn-Khallic. occurrit sub n. 586 (vid. infra n. 109) sed sine dubio idem est, qui sub n. 600 ab eodem auctore commemoratur. —

Nomen autem illud relativum ducitur ab الشاش مدينة وراء نهر جيحون (teste Lobbo-l-Lobāb). —

Ad N. 37.

Ab Hādji-Khalifa noster, de quo ego quidem nihil amplius reperi, in titulis librorum, hfc laudatis, constanter vocatur سليمان الكلوانى, mortuus a. 494; attamen vix dubito, quin error Hādji-Khalifae, non Sojoutio, sit tribuendus, quum Cod. O. in titulo علل القراءة (lege علل القراءات) revera سلمان scriptum offerat, et etiam ceteris in titulis sibi ipse minime constet. — Etiam in edit. Flügelianā (T. I. p. 512) in titulo الايضاح فى النحو perperam legitur: أبو عبد الله سليمان بن عبد الله الكلوانى المتوفى سنة ٤٩٤. — Animadvertendum est, Herbelotum quoque in v. *Holvan*, nomen ejus *Selman* scribere, ibi spectantem librum ejus, quem Hādji-Khalifa commemoravit in عبد الله امالى, quo loco in Flügel. edit. I. p. 430 (n. ١١٣), plane ut in altero illo loco, nomen viri scriptum est et gnnus mortis ejus notatus. Quod autem attinet ad nominum relativorum discrimen,

potuit notus esse nomine الخُلَوَانِي (i. e. *pistoris dulciarii*), ad artem spectante quam profleretur, et nomine النَّهْرَوَانِي, a loco unde ortus esset. Hoc enim refertur ad نَهْرَوَانَ بلد قرب بغداد (teste Lobbo-I-Lobāb).

Vita Abū-Āli al-Fārisī, cujus النحو في الأيضاح noster explicuit, datur ab Ibn-Khallic. n. 162 (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. ٩١).

Abū-t-Taijib at-Tabarī obiter memoratur ab Herbel. in v. *Tabari*, at vitam ejus scripsit Ibn-Khallic. n. 306 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. ١٣٣). —

De as-Silafīo vid. ann. ad n. 6.

Nomen relativum الثَمَانِينِي, hoc in capitulo obvium, refertur ad قرية بالموصل ثمانين (teste Lobbo-I-Lobāb). Sic etiam, sed paullo fusius, Ibn-Khallic., qui hujus viri vitam tradidit n. 505 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. ١٠٨).

Ad N. 38.

Plura de eo non invenio, nisi ejus nomen apud Hādji-Khalifam in titulo الإرشاد في الكلام (edit. Flügel. T. I. p. 225 n. ٥٧), cujus operis explicationem noster dedit; sed nomen ibi (et etiam in edit. Flügel.) perverse سليمان scribitur, ne dicam de aliis erroribus in utroque Codice in ejus nomine obviis. Annus mortis ejus ab Hādji-Khalifa, non 511, sed 512 traditur.

De celeberrimo ejus doctore Imāmo-I-Haramain vid. Herbelot. in v. *Imam*, Ibn-Khallic. n. 388 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. ٨٥), itemque Wüstenf. *Ueber die Quellen Ibn-Chal-likan's*, p. 23–25.

Vita Abū-I-Kāsīmī al-Koschairī exstat infra n. 64. —

De Abdolghāfir al-Fārisīo vid. ann. ad n. 32. —

Ibno-s-Sam'ānī nobis jam occurrit in n. 5, ubi vid. annot.

Ad N. 39.

De isto Solaimāne plura reperiuntur apud Ibn-Khallic. n. 274 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. ٨٨), Herbelot. in v. *Bagi*, Tab.-I-Hoffādh 14, 26, et apud Ibn-Khakānem, Ms. 306, T. II. p. 131 — 135.

Ejus nomen relativum باجِي non, ut Herbelotus contendit, ductum est ab Africana regione et urbe Bagia (Arab. باجة), sed erat noster natione Hispanus, et liber Lobbo-I-Lobāb in titulo إلى باجة مدينة بالاندلس disertè dicit hoc referri باجِي: est ea urbs, quae hodie *Bega* vocatur, *Pax Augusta* Romanorum.

Corrigatur in textu (p. 14 vs. 2) *يُونِس* pro *يُونِس*, ut per errorem scriptum est. —

De Makkio ibn-Abi-Tālib conferatur Vita ejus apud Ibn-Khallic. n. 747.

De Abū-Dharr (كَزَّ), quem noster Meccae audivit, quique sine dubio est idem ille de quo mentio fit infra in n. 45 et n. 107, vid. Tab.-I-Hoffādh 13, 66. —

De ابن عمرو, de quo nihil inveni, haec observo, in Tab.-I-Hoffādh l. l. ejus nomen scriptum esse ابن عروس المالكي. [Utra scriptio vera sit, apparet e Kāmūso, qui in v. ومحمد بن عبيد الله بن احمد بن عمرو المالكي مُخْتَلَفٌ وَفَتْحَةٌ مِنْ هَؤُلَاءِ هَؤُلَاءِ هَؤُلَاءِ هَؤُلَاءِ هَؤُلَاءِ H. K. W.]

De Abū-Ishāk as-Schirāzi vid. ann. ad n. 30.

Ibn Djamī obiter attingitur in Tab.-I-Hoffādh 11, 52. Ne confundatur cum illo de quo scripsit Ibn-Khallic. n. 506. —

ابن عيلان jam occurrit in n. 31, et, ut videtur, etiam in n. 37, sed ibi et in Cod. et in editione scriptum est ابن عيلان; quare hic etiam forsasse *ع* in *ا* mutanda est. —

As-Sūrī quoque jam occurrit in n. 31, ubi vid. ann. —

De الموطأ في الحديث, libro celeberrimo Imāmi Mālici, in quem noster duos dedit commentarios, evolvatur Herbel. in v. *Maoutha*; nec non Hādji-Khalifa, ubi tantum in Cod. O. nostri Commentarius memoratur, et quidem titulo المنتقى; e caeteris hic citatis nostri operibus ab Hādji-Khalifa tantum memoratum inveni unum illud أحكام الفصول الخ, assentiente Herbel., ab utroque autem titulus scribitur أحكام الفصول في أصول الأحكام.

Mutavimus duos errores Codicis nostri, calami lapsui librarii tribuendos: primo, nomen loci, ubi Solaimān noster obiisse diem supremum traditur, restituimus المرية, auctoritate Ibn-Khallicānis, quum in Codice diserte بالبرية (non بلبرية, ut per errorem impressum est) exaratum sit; est autem idem illud oppidum, quod et hodie adhuc *Almeria* dicitur, in regno Grenadae haud procul a mari Mediterraneo situm. — Dein statim post nomen hujus loci, emendavimus لتسع عشرة, Codice dante سنة تسع عشرة, quod aperte nil nisi error librarii esse potest.

Versus hic allatos hisce verbis Latine interpretamur:

- Si scio scientiā certā, totam meam vitam esse horae instar,
- Cur non avare ei parco, sanguis impendo in probitate et obedientia?"

Ad N. 40.

قورزة est nomen relativum ductum a Berberorum tribu, cui nomen erat قورزة: conf. Casiri *Bibl. A. H.* II. p. 380 b. A nomine hujus tribus vicus in Maghribo vo-

catur الهواريون (teste Lex. Geogr.). — De altero nostri nomine relativo nullibi aliquam mentionem inveni. —

De ejus doctore Ibn-Barrīo vid. Ibn-Khallic. n. 360 (edit. Wüstenf. Fasc. IV p. 61) et Herbel. v. *Beri*.

Ad N. 41.

Est iste filius Abdolcarimi al-Koschairi, cujus vita exstat infra n. 64. — Plura de ipso non inveni. —

De as-Sam'ānio vid. ann. ad n. 5. Sequentia verba sic vertenda sunt: *eadem plane atque pater instituta sequebatur in vitā mysticā, et gloria erat familiae suae vero nomine; deinde (as-Sam'āni) omnem intendit operam efferendae laudi ejus in exercitatione religiosā, et jurisprudentiae fundamentis, et scientiā contemplativā, et Korani interpretatione, et plenā temporum consumptione in orando et vigilando.*"

De Abū-t-Taijib at-Tabarīo vid. ann. ad n. 37, et de Abdolghāfir al-Fārisīo ann. ad n. 32.

Abdollah al-Forāwī notus mihi non est; at vero non dubito quin in textu legendum sit أبو عبد الله الفراوي: hic enim vir saepius in hoc quod edimus opusculo occurrit, et ejus vita traditur ab Ibn-Khallic. n. 623. Ejus nomen relativum dicitur a قراوة بلد قرب خوارزم (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 42.

De isto viro itemque de ejus nomine relativo nil invenire potui, quod Lectori communicarem, sed vita ejus doctoris hic citati exstat paullo superius, sub n. 39,

Ad N. 43.

Etiam hunc nullibi memoratum inveno, sed patet ex Hādji-Khalifa, eum Commentarium in Korānum scripsisse. Non est confundendus cum Ibn-Atija altero, qui etiam Commentarium scripsit, et cujus vita traditur infra, n. 49. Hic ab Hādji-Khalifa vocatur المتأخر, noster القديم. —

De ejus doctore Abū-l-Hasano ibno-l-Ahzam vid. infra n. 123, ubi ejus vita exstat.

De Ibn-Djūsā agitur in Tab.-l-Hoffādh 11, 15.

Quisnam fuerit nostri discipulus, de quo in textu nil nisi nomen relativum الحريستاني

exstat, definire nequeo, quum aliud Codicis nostri exemplar nobis ad manus non sit, cujus ope lacunam supplere possemus. Quod autem attinet ad nomen hocce relativum, docet liber Lobbo-I-Lobāb, illud etiam حَرَسْتَا قَرْيَةَ بِيَابِ دِمَشَق scribi, et duci ab

[Quod ad alterum hujus Abdollāhi discipulum attinet, de eo quidem nihil inveni; sed nomen patri ejus proprium سَوَارٌ, et relativum عَنَسِي, etiam ex المشتبه nota sunt. De عَنَسٌ لَقَبُ زَيْدِ بْنِ مَالِكِ بْنِ أَدَدِ ابْنِ قَبِيلَةَ مِنَ الْيَمَنِ وَمَخْلَافٌ hoc offert Kāmūsus: عَنَسٌ بِهَا مُضَافٌ إِلَيْهِ H. E. W.]

Ad N. 44.

Datur ejus vita ab Ibn-Khallic. n. 331 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 18), et ejus nomen relativum referendum est الى جَوَيْنِ نَاحِيَةِ بَنِي سَابِرٍ (teste Lobbo-I-Lobāb).

[De nomine, quod hic offertur, حَبْوِيَه, commemoratione dignissimus est locus Dhahabī in المشتبه, haec scribentis in جَبْوِيَه : جَبْوِيَه : جَبْوِيَه : جَبْوِيَه الهمداني عن محمود ابن غيلان ومحمد بن ابي بكر بن جَبْوِيَه الاصبهناني عم الاخوين سمع يحيى بن منده مات ٥٠٥هـ ويكاه الحسن بن محمد بن ابراهيم بن احمد بن علي بن حَبْوِيَه اليوناني الحافظ مشهور وهو لقب اسحق بن اسمعيل الرازي ونونين يوسف بن يعقوب لقبه حنونه عن عيسى زُغَبَةَ وبنون ثم ياء علي بن الحسن بن علي حنويه الدامغاني يكنى ابا الحسن سمع الزبير ابن عبد الواحد الاسترابادي وبياتين ابو عمر بن حَبْوِيَه محدث شهير وامام الحرمين ابو المعالي عبد الملك بن عبد الله بن يوسف بن محمد بن حَبْوِيَه الجويني وآخرون وبموحدة H. E. W.] ثم نون حَبْوِيَه جَدَّةُ الحافظ علم الدين القاسم رَوَتْ بِالْعَمومِ عَنِ الْمُوَيْدِ الطوسي

De filio nostri, Imāmo-I-Haramain, vid. ann. ad n. 38. —

Vita Abū-t-Tajjib as-So'kūcī exstat apud Ibn-Khallic. n. 283 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. 12). —

De Abū-Bacro al-Kaffāl vid. infra n. 109, ubi ejus vita occurrit.

Opus nostri, a Sojoutio ei tributum, التبصرة في الفقه ab Hādji-Khalifa commemoratum non inveni; e contrario hic ei tribuit التبصرة في الوسوسة (elucidatio de suggestionibus Daemonis), qui liber non in jurisprudentiā (فقه) versatur, sed maximā ex parte in cultu et sensibus religiosis (غالبه في العبادات): memoratur porro ab Hādji-Khalifa ejus تَذَكْرَةٌ, at sine indicatione argumenti quod tractet. — Nostri Commentarium hisce

verbis laudat Hādġi-Khalifa: هو كبير فسر فيه كل آية بعشرة أوجه; et quaedam intelligendum sit his decem modis, quibus quemque versum explicuerit, docent addita in Cod. O.: قُلْتُ قَالَ الدَّوْدِيُّ الْمَالِكِيُّ فِي طَبَقَاتِ الْمَفْسَّرِينَ يَشْتَمِلُ عَلَى عَشْرَةِ أَنْوَاعٍ مِنَ الْعُلُومِ فِي كُلِّ آيَةٍ. — Ejus teliif autem in Hādġi-Khalifae opere non invenio. —

De anno mortis nostri, hic a Sojoutio notato, conveniunt Hādġi-Khalifa, Cod. 374, et ex parte etiam Ibn-Khallicān: v. Tydemanni *Consp.* in ann. ad n. 331. —

Ad N. 45.

Vita ejus etiam exstat in Tab.-I-Hoffādh 14, 27. Nomen unius e proavis ejus est pronuntiandum مَتَّ، docente Kāmūso, qui in مَتَّ haec offert: مَتَّ فِي الْمَكْتَبَاتِ كَثِيرٌ. — De illustri proavo nostri, Abū-Aijūbo al-Ansārī, vid. Hamaker *de Expugn. Memph.* annot. p. 9.

De Abdolghāfiro vid. ann. ad n. 32.

Aliquid monendum duxi de phrasi كان على حَظِّ نَامٍ مِنَ الْخِ (fruebatur portione felici continenter incremente ex etc.). Facile cuique in oculos incurrit metaphoram sumtam esse a divisione bonorum, atque ita translata esse ad scientiam, cujus veluti portionem quis divinitus accipiat. Attamen difficultatem aliquam parit vocabulum نَامٍ، *incremens*, cui notio inest a sensu loci nostri quodammodo aliena, et maxime mihi ardebat lectio تَامٍ *completus, absolutus*, quae notionem praebet magis loco nostro convenientem, praesertim si eam comparemus cum simili phrasi, occurrente infra in n. 55 (edit. p. 11 vs. 1) استوفى الحَظَّ الْأَوْفَى، *accepit portionem completissimam*; quum verò eadem vox recurrat infra in n. 50 (edit. p. 11 vs. 11), ubi etiam تَامٍ legere mallet, Codex vero diserte نَامٍ exhibet, ex nudā conjecturā lectionem mutare non ausus sum, veritus ne fortasse peculiaris quaedam phrasi sit, quae huc usque mihi nondum obviam facta sit, ac satius duxi Codicis lectionem, *quamvis suspectam*, retinere et quaestionem dirimendam tempori relinquere, quam conjecturis indulgendo, fortasse veram lectionem rejicere falsamque ejus loco restituere. —

[Abdoldjabbār al-Djarrāhi commemoratur a Dhahabīo in المشتبه، ubi in v. الجراحی haec leguntur: الجراحی عبد الجبار بن محمد بن عبد الله بن أبي الجراح بن الجتيد ابن هشام بن المرزبان أبو محمد روى جامع الترمذي والقاضي أبو الحسن علي بن الحسن الجراحی مات ببغداد سنة ٣٧٦ وبخاء معجمة ثم جيم محمد بن اسمعيل بن أبي بكر

De النوروزي الخراجي عن ابي الخير محمد بن ابي عمران وعنه ابن عساكر والسبعاني
 الجامع الصحيح للامام الترمذي [H. E. W.]
 الجامع الترمذي

Vita Abū-l-Fadhl al-Djārūdī exstat in Tab.-l-Hoffādh 13, 38. Ejus nomen relativum
 ducitur a proavo جارود (teste Lobbo-l-Lobāb). —

Nomen relativum الساجزي derivatur irregulariter a سجستان, secundum Lobbo-l-Lobāb
 et Herbelot. in v. *Sagzi*.

De Abū Dharr al-Harawī jam dictum est in ann. ad n. 39.

Ex operibus nostri memoratur کلام ذم ab Herbeloto et Hādji-Khalifa; nec non
 منازل السائرين ab Herbeloto et Hādji Khalifa, qui in illo titulo conspectum totius operis
 praebet, et auctorem rogatum a quibusdam piis Moslimis, illud opus perfecisse narrat,
 quod ob sanctam praestantiam in manibus omnium doctorum religiosorum versabatur
 compluresque commentatores nactum est.

At vero الغاروق في الصفات a neutro eorum commemoratum video.

Vita Abū-l-Wakti Abdolawwali scripta est ab Ibn-Khallic. n. 414 (edit. Wüstenf.
 Fasc. IV. p. 11v).

Porro in fine hujus capituli (p. 10 vs. 1. a. f.) pro أحدهم, quod Codex diserte offert,
 آخرهم legendum esse censeo; sed quia etiam infra in n. 40 (edit. p. 1v vs. 4) occurrit,
 in textu vocabulum mutare non ausus sum, etsi آخرهم ceteroquin his in casibus solennis
 sit nostri Codicis formula. Non enim intelligo, quare iste vir peculiarem mentionem na-
 ctus sit post omnes includentem vocem وخلائف, nisi quia ultimus fuerit, qui nostri
 auctoritate traditiones retulerit. Accedit adhuc, in vita nostri in Tab.-l-Hoffādh l. l.
 dici, hunc virum ultimum fuisse qui ejus auctoritate traderet. —

Ad IV. 46.

[De hoc viro conf. Dhahabī locus in المشتبه, haec tradentis in v. العكبري:
 جماعة وبالفتح الامام جلال الدين عبد الجبار بن عبد الخالف بن محمد بن عبد الباقي
 ابن عكبر بن مهلهل بن عكبر العكبري البغدادي شيخ الحنابلة وشيخ الوعاط في زمانه صنف
 التفسير وكتاب ايقاظ الوعاط وكتاب المقدمة في اصول الفقه وغير ذلك وسمع من ابن اللثي
 وجماعة توفي بعد الثمانين وستمائة ٥

Vides, hic etiam commemorari doctorem ejus ابن اللثي, cujus nomen eodem modo
 scriptum apud Sojūtium offenditur. Mihi tamen non plane certum est, quomodo hoc

pronuntiari debeat, nec Dhahabius in v. البتّى dubium tollit, haec tantum scribens:
 اللّثى معروف وبالضم وموحدة محمد بن الحسن اللّثى عن السّلفى روى عنه العبد الكاتب
 فى الخرّيدة شعراً. Hinc ergo efficeret, اللّثى efferendum esse.

Recte hinc legi الغوطى ابن الغوطى, male vero in طبقات الحفاظ 21, 4, ubi de eodem capitulum
 exstat, الغوطى ابن الغوطى, apparet ex Dhahabii المبتبه, haec in v. الغوطى tradentis:
 الفوطى: مورخ العراق كمال الدين عبد الرزاق بن احمد الشيبانى مصنف عالم توفى سنة ثلاث
 وعشرين وسبع مائة ويقاف ثم السكون الزاهد الكبير سليمان بن ايوب القوطى القرطبي روى
 عن جماعة توفى سنة سبع وسبعين وثلاثمائة [H. E. W.]

De collegio illo Bagdadensi, in quo noster Doctoris munere functus est, videatur Herbel.
 in v. *Mostanser Billa*, et Wüstenf. in libro *Die Academien der Araber*, p. 29. —

Annum mortis nostri recte a Sojoutio notatum esse, testatur Ibn-Habib (Cod. 425)
 MS. p. 84, qui obiter de eo agit, sed perperam ejus cognomen scripsit حسام الدين.

Ad N. 47.

Plura de eo non inveni, nisi pauca apud Herbelot. in v. *Hamadani*. Ejus nomen
 relativum اسداياى in libro Lobbo-l-Lobāb refertur ad اسدايان بليدة قرب همدان, sed
 ejus Commentarium non memoratum invenio apud Hādji-Khalifam.

Abū-l-Kāsim Alī at-Tanūkhī non confundendus est cum eo, de quo egit Ibn-Khallic.
 n. 476. الّصيمرى hinc, et in n. 77, ita perspicue in Cod. scriptum esse, ut littera م Dham-
 mam habeat, mirum quidem est, sed tamen non ausus sum eam vocalem in *Fatham*
 mutare. Solennis scriptio, quam Geographi et Lexicographi omnes commemorant, est
 صيمرى, sive illud nomen relativum ducatur a صيمرة, regione prope Basram, sive a صيمرة,
 urbe prope *Dinawaram* et *Hamadānem* sitā. Qui hinc commemoratur, illud nomen rela-
 tivum fortasse ab hac urbe traxit; qui in n. 77, ab ista regione. Ibi enim de *Basrensi*,
 hinc de *Hamadānensi* sermo est.

De Abū-Mohammade Abdossalām al-Kazwīnī vid. infra n. 57.

Ad N. 48.

De eo nihil inveni, nec ejus scripta ab Hādji-Khalifa commemorata video. —

[Quod ad locum قَصْرُ عَبْدِ الْكَرِيمِ attinet, a quo hic Abdoldjalil nomen relativum *al-*

Kasr traxisse legitur, commemoravit eum Jākūtus in المشترك (MS. 334), ubi in v. قَصْر 49 loca secundum litterarum ordinem recensuit, quorum omnium nomen isto vocabulo, cum diversis adjectivis aut nominibus propriis juncto, constat. De hoc sequentia offeruntur: وقصر عبد الكريم مدينة علي ساحل بحر المغرب قِبَ سَبْتَة مُقَابِلَ الْجَزِيرَةِ الْخَضْرَاءِ مِنَ الْأَنْدَلُسِ H. E. W.]

De nomine relativo *Gāfiki* vid. ann. ad n. 4.

De Abū-Mohammade ibn-Hautollāh vid. ann. ad n. 27.

Ad N. 49.

Plura de eo non inveni, nisi paucissima apud Herbelotum in v. *Athia*. Ex annotatione marginali patet, eum notum fuisse nomine *Ibn-Atija al-Mofasir*, ut distingueretur a patre suo, Abū-Bacro Gālib ibn-Atija, celeberrimo Traditionario, cujus vita offenditur in Tab.-I-Hoffādh 15, 37, quique saepius supra et infra occurrit, cujus etiam noster scholas frequentavit. Dein ut distingueretur adhuc ab Ibn-Atija, cujus vita nobis jam occurrit supra n. 48, Hādji-Khalifa saltem nostrum المتأخر, alterum القديم vocat.

De altero ejus doctore, Abū-Abū al-Gassānī, vid. ann. ad n. 4, nec non de Mohammade ibno-l-Fardj.

Ejus *Commentarius* memoratur ab Hādji-Khalifa in v. تفسير ابن عطية المتأخر, et in المكنوز الموجيز في تفسير الكتاب العزيز; nec non ab Herbel. l. l.

[Nomen مصنا, quod pater Abū-Dja'faris hic gessisse legitur, quamvis perrarum sit, non tamen propterea inusitatum esse, et مصنا offerri debere, haec Fārisābādī verba in Kāmūso (in v. مضى) docent: وَاَبُو الْمَصْنَاءِ كَسْمَاءِ الْفَرَسِ وَالْمَصْنَاءُ الْغَائِشِيُّ تَابِعِي H. E. W.]

De vocabulo, hic in textu (edit. p. lv vs. 4) obvio, احدهم, vid. quae dixi in ann. ad n. 45.

Nomen relativum شقوري³ ducitur a شقورة ناحية بقرطبة (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 50.

Plura de eo scire qui cupiat, adeat Herbel. in v. *Aboulfarage* et *Giouzi*, Ibn Khallic. n. 378 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 4v), Tab.-I-Hoffādh 17, 2, et Wüstenfeldii librum *Ueber die Quellen Ibn-Ghalkikan's*, p. 42—44. In nominibus ejus proavorum diversi hic allati auctores paulatim differunt, et in anno ejus natali quibque fluctuant.

Et scriptis ejus permultis, *Commentarius in Korānum*, qui titulum fert *تفسير في* علم التفسير, memoratur ab Hādji-Khalifa, et exstat in Biblioth. Escorialensi (vid. Catal. Casirii n. 1269) et in Bibl. Gothana (vid. Catal. Moelleri n. 6.). Quod autem in Catal. Bibl. Bodlejane ab Urrio, sub n. 62, affertur nostri opus, كتاب تفسير عريب القرآن العظيم, in Hādji-Khalifae opere non inveni. Plura quae noster edidit opera enumerantur in Tab. I-Hoffādh l. 1.

Quamquam vocabulum والطب, quod in Codice cum levi rasurā offertur, in textu omisi, monendum tamen dueo, in Urii Cat. Bibl. Bodl. p. 140, sub n. 593, descriptum esse librum, cui *Specilegium Utilitatum Medicarum* (التقاط المنافع في الطب) titulus est, et cujus auctor esse legitur جمال الدين أبو الفرج بن الجوزي. Hādji-Khalifa hujus libri mentionem non iniecit.

[Auctoritate Lexici Freytagiani, in quo forma مبرز excellentem significare legitur, hic مبرز in textu scriptum est; at sine dubio male: cum enim 2^a forma مبرز, teste Djauharīo, significet *eminuit soritis suis* (وبرز الرجل أي فاق على أصحابه), hinc consequens est, ut non *passiva*, sed *activa*, forma participii *eminentem* virum exprimat. Conf. etiam Scholia ad Harir., edit. See. p. 30 et p. 34 (in quorum locorum posteriori ipsa ea *activa* participii forma occurrit), itemque exemplum hujus significationis in Abūlfardji. *Hist. Dyn.* p. 52. — Quod ad sequens vocabulum متوسطا attinet, hoc in universum significat talem qui *medius*, hoc est *neque summum neque etiam infimum, locum tenet*, et hic igitur, *mediocritatis scientiae laudisque virum*. Conf. ex *Hist. Dyn.* p. 179, ubi verba جامعا متوسطا significant: *et aedificavit in ad (Basrae) templum cathedrale mediae magnitudinis*; itemque p. 297, ubi haec leguntur verba (plane convenientia cum iis quae in Abūlfad. *Ann. Mosl.* T. II. p. 372 exstant): كان متوسط الحال, *erat mediocris conditionis sive fortunae*. Quibus jungi potest locus Hādji-Khal., editus in *Spec. Crit.* meo p. 9 vs. 5, itemque locus in vitā Abdollatifi, editus a Sacyo in *Relation de l'Egypte* p. 535: انا اجفو عن تعليم الصبيان أحبله الى تلميذى الوجيه الواسطى: *me taedet pueros docere: trade eum (filium tuum) discipulo meo Wadjihoddino al-Wāsiti, ut ab eo erudiatur; deinde, si ad mediocrem scientiae gradum pervenerit, a me discere poterit.* H. E. W.]

De voce نام vid. quae dixi ad n. 45. — Porro عشم mutavi in عشرين, postulante sensu et testimonio Ibn-Khaliqānis (haec habentis, l. 1, p. 48: وكانت ولادته بطريق القريب سنة ٤٨٠), et Tab. I-Hoffādh, ubi perperam in Wüstenf. edit. est ٥١ pro ٥١٠.

Abrupte hic desinit Codex noster: sine dubio multa exciderunt, quum nulla adhuc peculiaris facta sit mentio ejus scriptorum, neque ejus doctorum et discipulorum. Ex aliorum testimoniis patet, eum obiisse anno 597.

Ad N. 51.

Vita Ibn-Achari, nostri praecessoris in schola Mostansirica, invenitur supra n. 46. Ex operibus nostri, hinc a Sojütto allatis, nullum ab Hädji-Khalifa commemoratum invenio; observandum tamen est, ejus شرح الخرقى (sic enim legendum, non الخرقى, teste Ibn-Khall., qui in loco mox laudando, p. 1.1, offert: والخرقى نسبة الى بيع الخرق) sine dubio esse explicationem operis Abū-l-Kāsimi Onaris al-Khirakt, de quo brevis extat relatio apud Ibn-Khall. n. 509 (edit. Wüstenf. Fasc. V p. 1.v seq.). Titularem exhibet Hädji-Khalifa in voce فروع الكنبلية في مختصر الخرقى في فروع الكنبلية, et commemorat hujus operis explicationem, conscriptam a Mowaffikoddino Abdollāho Ibn-Ahmad; nostrum vero silentio praeterit.

Denique tenendum est, in phrasi ولد طريقا في علم الخلاف, vocabulum طريقا, etiam ex formae vi, designare *peculiarem rationem sive viam*, quā quis ab aliis ejusdem disciplinae cultoribus sese distinguat.

Ad N. 52.

— Plura de eo reperiuntur in libro Tab.-l-Hoffādh 11, 40, ubi perperam ejus nomen Abdollāh dicitur.

De Ibn-Wāra vid. Tab.-l-Hoffādh 9, 55; de Abū-Zar'a ibid. 9, 78; de Abū-Saīdo al-Aschadjdj 8, 95; de Jūroso ibn - Abdola'lā 8, 123; et de Abū-s-Schaikho Ibn-Habbān 12, 43. — Nomen illud relativum الميانيجي ducitur a موضع بالشام (teste Lobbo-l-Lobāb.). De al-Khalilio, cujus verba hic afferuntur, vid. Tab.-l-Hoffādh 14, 7.

Memoratur nostri *Commentarius* ab Hädji-Khalifa; nec non ejus كتاب الجرح والتعديل, et كتاب الرد على الجهمية, opus polemicum; silentio autem omittit ejus كتاب الرد على الجهمية الكنى. — Adjungemus hic narrationem, de eo inter Moslimos circumlatam, quae in libro Tab.-l-Hoffādh l. l. refertur, ex quā patet, quantā pietatis famā iste vir gauderet, et quantā veneratione ab aequalibus suis haberetur: historia enim illa, anilis quamquam fabula, hac in re est characteristicā. Sic ibi legitur: لحكى انه لما اهدم (هدم ل.) بعض

سوز طوش آختينج في بنائه الى الف دينار فقال ابن ابي حاتم لاهل مجلسه الذين كان يلقى اليهم التفسير من رجل يبنى ما هدم من هذا السور وانا ضامن له عند الله قصراً فقام اليه رجل من العجم فقال هذه الف دينار وأكتب لي خطك بالصمان فكتب له رقعة بذلك وبنى هذا السور وقدر موت ذلك الأعجمي فلما دفن دفنت معه تلك الرقعة فجاءت ربيع فحملها (فحملتها لـ) ووضعت في حاجر ابن ابي حاتم وقد كتب في ظهرها قد وفيها بما وعدت ولا تعد الى ذلك ٥

« Narratur, quum pars muri Thūsae destructa esset, opus fuisse ad ejus instauracionem mille nummis aureis. Dixit igitur Ibn-Abū-Hātim auditoribus suis, quibus Korāni interpretationem tradebat: « quis vir instaurabit quod destructum est de hocce muro? ego ei spondeo arcem apud Deum. » Tum surrexit ad illum vir aliquis e Persis et dixit: « En mille nummos aureos; tu jam scribe mihi tuā mansponsorionis libellum. » Scripsit igitur ei schedulam illud continentem, et instauratus est iste murus. Dein ex decreto divino mortuo Persā isto sepultoquo, et sepultā cum eo illā schedulā, ortus est ventus qui hanc abstulit et posuit in gremio Ibn-Abi Hāttini; dum scriptum esset in ejus dorso: « praestitimus quod promissisti; et ne denovo illud facias. »

De anno mortis nostri Hādji-Khalifa, Tab.-I-Hoffādh, et Codex 374 cum Sojūtio conveniunt.

Ad IV. 53.

Nomen relativum *الاسابندی* ducitur ab *قري مرو* (teste Lohbo-I-Lobāb). — De Abū-Sa'd as-Sam'ānī jam dictum est ad n. 5.

Ex annotatione marginali patet, nostrum esse auctorem operis *al-Idhāh fi-l-fikh*; Hādji-Khalifa titulum dat *الايصاح في الفروع*. Potro non dubitavi pro *ولد*, quod Codex habet, restituere *مات*. Eum enim illo anno non natum sed mortuum esse, patet ex comparatione aetatis ejus discipuli Abū Sa'd as-Sam'ānī; nec non ex Hādji-Khalifa in l. laud., qui eundem annum 543 tanquam annum ejus mortis affert.

Ad IV. 54.

Quamquam doleam, me de isto viro nihil alibi invenire potuisse, hoc tamen observo: ejus praenomen esse pronuntiandum *ابو المظرف*; dein ejus nomen relativum *التنارعي* (aliunde mihi ignotum) significare videri *disputacem*, *disputationis amantem*, *semper in di-*

spūtanādo versatum, quodēnā egregie congruit in sequentibus حافظ للرأى, quod verto: *opinionem suam strenue defendens*.

Nostri praeceptor رشيف الحسن بن رشيف propter rationes chronologicas non potest esse is, cujus vita traditur ab Ibn-Khallicāne n. 164 (ed. Wüstenf. Fasc. II p. 1f seq.): erat enim nostro senioris aetatis.

[Cum mihi quoque ignotus sit Aegyptius ille رشيف الحسن بن رشيف, quem audire potuerit vir hic a Sojūtio commemoratus, in medio tantum ponam, quae de nomine رشيف a Dhahabio in *المشتبه* scripta sunt: رشيف بَيِّنٌ وبالتصغير رُشَيْفٌ المِصرِيُّ الرَّاهِدُ جَدُّ صَاحِبِنَا الفقيه ابى: رشيف المالكى لأمه. Quo loco adhibito, nolim quidem probabile cui et paene certum videri, hic etiam رشيف الحسن بن رشيف esse pronuntiandum: nam, si verba Dhahabii hunc habent sensum, ut dicat, nomen *Roschaike* proprium fuisse *avo* materno unius e quis aequalibus, satis est evidens, hic eundem illum Roschaikum significari non potuisse, cum Dhahabius octavo demum saeculo vixerit et a. 748 mortuus sit. At contra tamen animadvertendum quoque est, vocabulum جَدُّ saepissime generalem *proavi* potestatem habere: quā hic admissā, Dhahabius dixerit de uno e *proavis* maternis istius aequalis sui Abdolāhi, neque a verisimilitudine alienum sit, illum ipsum patrem fuisse viri, qui in Sojūti loco commemoretur. H. E. W.]

Videntur verba وعرض — الشورى, si bene se habent, non aliter verti posse quam: *et ei obtulit Sultanus consiliiarii munus*; quamquam fatendum est, nec satis constare de istā potestate vocabuli شورى (فتياً quocum conferri potest), nec manifestum esse quismam *dynasta* hoc loco *Sultani* nomine significetur.

De Ibn-Abdolbarro jam dictum est ad n. 8.

Ad N 55.

Commemoratur iste ab Ibn-Khallicāne n. 405 (edit. Wüstenf. Fasc. IV p. 1.v seq.) ubi, in Indice Tydem. vid. ann. subjecta. — De Abdolgāfiro jam dictum est in ann. ad n. 32. — Vita celeberrimi patris nostri exstat infra n. 64. — De Imāmo-l-Haramain vid. ann. ad n. 38. — De verbis mox in textu sequentibus أَحْكَمَ عَلَيْهِ المذعَبَ الخ observo, phrasin أَحْكَمَ عَلَيْهِ العَلَمَ significare: *in scholis ejus firmam et intimam disciplinae cognitionem acquisivit*. Conf. Abūlfardji *Hist. Dyn.* p. 86 vs. 1 a f.

Vita Abū Qthmānis as-Sabūni nobis jam occurrit in ipso quod edimus opusculo, supra n. 22. De Abū-l-Kāsimo az-Zandjāni vid. Tab.-l-Hoffādh 14, 25. Ejus nomen relativum re-

fertur **أبُو إِسْحَاقَ مَدِينَةَ عَلِيٍّ فِي زَيْجَانِ** (teste **Libbo-l-Lebb**). — De **Ibn-As'ācir** vid. ann. ad n. 2, et de **Ibn-as-Sam'āni** ann. ad n. 5.

Ad N. 56.

Reperitur quoque ejus vita in libro **Tab-l-Hoffādh** 19, 5. Ex hoc loco aliisque ubi commemoratur, patet nomen ejus patris fuisse **رَزَقِيَّ**, unde hīc **الله** revera excidisse e nostro Codice videtur.

Memoratur ejus *Commentarius* ab **Hādji-Khalifa** titulo **مطالع انوار التنزيل ومفاتيح اسرار** **التاويل**, i. e. *Ortus luminum revelationis et claves arcanorum interpretationis allegoricae*, qui addit opus illud ab ipso **Sojūtio** in compendium esse redactum.

De ejus discipulo **Scharafoddīno ad-Dimjāti** jam mentionem injecimus in ann. ad n. 24; alterius autem discipuli nomen relativum derivatum est ad **Abarkūh**, oppido prope **Ispahānem**, 20 parasangas ab ea distanti.

De anno ejus mortis nostro Codici assentiunt et **Hādji-Khalifa** et **Cod. 374**.

Ad N. 57.

Memoratur noster etiam supra in n. 47, ubi ei tribuitur cognomen **Abū-Mohammadis**, quod aut errori debetur, aut utroque cognomine (**Abū-Jūsufi** et **Abū-Mohammadis**) notus fuit vir iste.

De **Ibno-n-Naddjār** vid. ann. ad n. 3. — Commemoratur etiam ab **Hādji-Khalifa** nostri *Commentarius*, 300 voluminibus constans. — Vita ejus doctoris **Abdoldjabbāri** nobis jam obviam fuit supra, n. 47; et de **Abū-Noaimo** jam annotatum est ad n. 34. — Vita **Abū-l-Baracāti al-Anmāti** traditur in libro **Tab.-l-Hoffādh** 15, 44. — **Anmāti** sign. *stragulorum venditorem*: conf. **Ibn-Khall.** in fine n. 420 (ed. **Wüstenf.** Fasc. IV p. 117).

Quod attinet ad verba **قاضى المرستان**, illa nihil aliud significare possunt quam *Judicem nosocomii*: nam **مرستان** non nomen proprium urbis est, sed idem atque **مارستان** et **بيمارستان** significat, nempe *nosocomium*; cujusmodi aedificia plurima fuerunt per universum **Moslimorum** imperium, et quorum haud pauca sumtuosissime instituta et a Principibus, qui ea fundassent, locupletissimis redditibus donata fuerunt: **Abū-Bacr** igitur ille (qui mihi quidem aliunde notus non est) in tali nosocomio **Judicis** munere functus fuisse videtur, hoc sibi publice injunctum habens negotium, ut querelas aegrorum de praefectis et administris audiret sotesque severe puniret. Conf. **Herbelot.** in v. **Marestani**.

In enumeratione annorum aetatis nostri errorem deprehendi, cuique locum inspicienti facile in oculos incurrit, cum secundum ejus nativitatis et mortis, quod hic in textu commemoratur, tempus, non 96, sed 90 tantum annos vixerit.

Ad N. 58.

Nomen relativum ^٩ نَحْمِي refertur ^٩ قبيلة من اليمين (teste Lobbo-I-Lobāb).

Regio et urbs, quae etiam ei nomina relativa tribuerunt, Afrikia et Hispalis, sunt notissimae nec peculiari illustratione indigent.

Ibno-I-Abbār, qui etiam in sequenti n^o occurrit, alius esse debet quam notissimus ille, cujus vita describitur ab Ibn-Khall. n. 57 (ed. Wüstenf. Fasc. I. p. v, Slanii T. I. p. 1 p. 1^f): quippe qui jam obiit a. 433.

Memoratur ab Hādji-Khalifa nostri *Commentarius* titulo ارشاد في تفسير القرآن, nec non ejus *Explicatio nominum Dei*.

Nomen relativum *al-Kantari* refertur بالاندلس (السيف) (teste Lobbo-I-Lobāb).

De Abū-Mohammade Abdōhakkō vid. Tab-I-Hoffādh 17, 4.

Annum mortis nostri recte a Sojūtio datum esse testatur Hādji-Khalīfa.

Ad N. 59.

De Ibno-I-Abbār vid. ann. ad n. praecedentem, et de Abū-I-Kāsimō ibn-Hobaisch Tab-I-Hoffādh 17, 5. — De as-Silafio vid. ann. ad n. 6.

[Si bene legi ^٩ سِنْدِي, hoc proprie significat aliquem e regione ^٩ سِنْد oriundum, et nomen propriam existerit patris istius viri, plane sicut ^٩ مَكِّي, aliaque pauca, nomina propria facta sunt. H. E. W.]

In anno mortis nostri 700 in 600 mutandum esse non dubito, quum secundum Codicis lectionem inaudita esset ejus aetas. Annum nativitatis autem bene se habere, itaque non in hoc errorem esse quaerendum, evidens est collatā Ibn-Hobaischi aetate, qui anno 504 natus esse et obiisse a. 584 legitur.

Ad N. 60.

De isto viro plura non inveni, nisi ejus nomen in Hādji-Khalīfae opere, ubi pro

المدنيّ legitur الحجازيّ، quod fere praefendum duobus propter sequens (Medinensis).

De Solaimo ar-Rāzī, quem miror in nostro opusculo a Sojūtio omissum esse, vid. Ibn-Khall. n. 268 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. ٨٣). Obiit anno 447. Patet ex Hādji-Khalifa, ejus *Commentarium* nomen gessisse في علم التفسير; qui quum longior esset, noster eum in praestantissimam epitomen redegit, adductis, ut Codex noster docet, auctoritatibus a quibus continuā traditione sensus hujus Commentarii ad eum delati erant.

Notandus adhuc in textu est bis occurrens abbreviatio أنا pro اخبرنا, etiam aliunde mihi nota, quemadmodum saepius أنا pro حَدَّثَنَا offenditur; ante secundum أنا exspectares قال, quod tamen non omnino necessarium videtur.

Vita Abū-Abdollahi Mohammadis ibn-Ibrahim ibn-Thābit invenitur apud Ibn-Khallie. n. 689.

Nomen relativum *Makdisi* aut *Mokaddasi* ductum est ab *Hierosolymis* (بيت المقدس) aut (بَيْتُ الْمَقْدِسِ), et *Misc* a venditione *moschi* (مِسْك).

De anno mortis nostri Hādji-Khalifa cum Sojūtio convenit.

Ad N. 61.

Al-Abbār, cujus verba hīc citantur, videtur esse idem, qui in n. 58 et 59 Ibno-l-Abbār dicitur, quare in nostro loco fortasse ابن excidit. — Vita Ibn-Atijae legitur supra n. 49, et celeberrimi az-Zamakschari infra n. 127.

Ad N. 62.

مجلسه est in Cod., quare sic edidi: caeteroquin dubium fuisset, utrum مجلسه aut مجلسه esset legendum, cum utraque forma ut nomen proprium in usu sit.

Pro حليقة, quod Codex offerre videtur, non dubitavi restituere حلقه, quod sensum bonum hīc praebet; significans nempe *circulum hominum, consessum, multitudinem auditorum*. Idem vocabulum occurrit infra p. f. vs. 3: conf. similis dictio in n° sequenti, كان له مجلس. Et, nisi fallor, in Codice quoque مجلسه vocabuli حليقة a librario leviter erasam video.

De al-Khila'io vid. Ibn-Khallic. n. 455 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. ٣٤). Nomen illud relativum refertur الى بيع الخلع (teste Lobbo-l-Lobāb). — De as-Silafio vid. ann. ad n. 6.

Ad N. 63.

Paucissimis hunc commemorat Herbelot, in voce *Rafai*. Nomen ejus relativum in libro Lobbo-I-Lobāb sic illustratur : الرافعى امام الشافعية، الی رافع بن خدیج وقال النورى
 الرافعى امام الشافعية، الی رافع بن خدیج وقال النورى — إلى رافع بن خدیج وقال النورى وأكروه
 in opus celebratissimi Abū-Hāmidi al-Gazzālī, quod titulo *فقه الشافعية* ab Hādji-Khalifā citatur, una cum Rāfii commentario.

Nomen relativum *اسفرائين بليده بنواحي نيسابور* (teste Lobbo-I-Lobāb) refertur ad *اسفرائين*.

De celeberrimo doctore Schāfiū, cujus operi explicando noster operam navavit, vid. Herbelot, in v. *Schāfi*, Ibn-Khallic. n. 569 (edit. Wüstenf. Fasc. VI. p. 8), et Tab.-I-Hoffādh 7, 36. Opus ejus *المستند* dictum, memoratur ab Hādji-Khalifā una cum commentario, quem noster in illud composuit.

Singularis dictio *سَمِعَ الكثير*, *audivit multos*, imprudentem in opinionem induceret, *الكثير* esse nomen proprium cujusdam doctōris; sed phrasin explicat similis locutio in n. 55 *جَدَّتْ بالكثير*, quā cum loco nostro comparatā patet, articulo hīc fere nullam vim tribuendam esse. Conf. Cl. Rutgersii *Hist. Jem.* p. 143 vs. 2 et annot. ad istum locum, itemque Sacyi *Bidp.* p. 79 vs. 4 a f.

De celeberrimo an-Nawawio, cujus verba citare Sojūtius in animo habuit, conf. Tab.-I-Hoffādh 20, 3, Herbelot. in v. *Naouai*, et Hamak. *Spec. Cat.* p. 170 seqq.

Ambo Hādji-Khalifae exemplaria, eaque diversis locis, annum mortis nostri exhibent 623.

Ad N. 64.

Celeberrimi istius viri vita scripta est ab Ibn-Khallic. n. 404 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 14). Ejus nomen relativum *قشيري* ductum est a *قبيلة أبي ربيعة*.

De Abū-Bacro ibn-Fūrac vid. Ibn-Khallic. n. 621.

Phrasis *أختلف إلى فلان* significat *identidem, iteratis vicibus, venit ad aliquem* (nostrum *af- en aankomen*). Conf. Hamak. *Wakid.* annot. p. 75 vs. 1 a f.

Vita Abū-Ishāki al-Isfarāini exstat apud Ibn-Khallic. n. 4 (ed. Wüstenf. Fasc. I. p. v; ed. Slanii T. I. p. 1 p. 4). De ejus nomine relativo jam dictum est in ann. ad n. 63.

Inter praestantissimas nostri dotes etiam refertur, cum scripisse *pulcro litterarum*

ductu (الخط المنسوب), proprie, *ductu litterarum*, qui deinde ipsius nomine insigni-
batur: nimirum indicatur magna calligraphiae peritia, qualis eorum fuit, quorum scri-
pturae ab auctoribus suis denominabantur. Quaedam hujusmodi species enumeratae sunt in
MI Noct., ed. Habichti T. I. p. 240 seqq. Conf. locus apud Schreidum in Part. I. كتب
الصَّخَّاح, in Testimonio primo.

Abū-Mosafīr al-Khaffāf jam occurrit in n. 21, ubi parvo discrimine legitur أبو الحسين.

Vita Abū-Abdorrahmānis as-Solamī occurrit infra in ipso quod edimus opusculo, n. 94.

Vocabulum أشعري² qualem sectam indicet, vide apud Herbel. in v. *Ascharioun*.

Ex nostri scriptis ab Hādji-Khalifā commemorata inveni ejus *Commentarium*, deinde
تفسير نحو القلوب, لطائف الاشارات في التفسير.

De Abū-Abdollaho al-Forāwī et de Zāhiro as-Schahhāmī vid. ann. ad n. 8.

De anno mortis nostri cum Sojūtio conveniunt Hādji-Khalifa et Cod. 874. Ex ejus fi-
liis duo in hoc quod edimus opusculo, tanquam celebres *Commentatores*, locum nacti
sunt; nempe in n. 41 et 55.

Ad N. 65.

[Nomen avi hujus Obaidollāti bene se habere ut in Cod. scriptum est (جرو), et ita
porro pronuntiandum esse, ut secunda littera vocali careat, manifesto docet Firuzabādus, haec
scribens in Kāmūso in v. وجد عبید الله بن محمد: جرا. النحوی. H. E. W.]

Al-Fārisī, qui hic tanquam nostri praeceptor commemoratur, est sine dubio celebris
ille Abū-Alli al-Fārisī, cujus vita exstat apud Ibn-Khallic. n. 102 (ed. Wüstenf. Fasc. II.
p. 91).

Vita as-Sirafii, sive as-Sairafii (utroque enim modo pronuntiatur nomen illud relativum,
Commemorat Hādji-Khalifa nostri opus *الصوفية* سنن; non autem ipse illud cognovissetur, nisi ex mentione ejus, quam fecit auctor libri *فتاوى الصوفية* Fadhlollāh ibn-Mohammad ibn-Aijūb, notus cognomine Montasib-Zādae (منتسب زاده). — Commemorat porro etiam nostri *Commentarium*, nomine *التفسير فى الحقائق*, in quo auctor, contra morem plerorumque interpretum, sensum verborum sanum et grammaticalem considerantium, sensum subtilem, allegoricum et mysticum, e Korāni verbis eruit et exposuit (hoc enim verba Hādji-Khal. *على لسان اهل التصوف*, et *على لسان الحقيقة*, significare videntur): quare ejus *Commentarius* quam maxime vituperatur ab interpretibus grammaticalibus (*اعل الطواغر*). Pro omnibus sit judicium celeberrimi Wāhidī (cujus vita tradita est supra n. 70): *وعم انه صنف حقائق التفسير فان كان اعتقد ان ذلك تفسير فقد كفر*

Composuit quoque noster *تاريخ الصوفية*, quod opus Hādji-Khalifae notum non fuit, nisi ex mentione ejus quae occurrit in *طبقات الصوفية*, etiam a nostro conscripto.

De nostri doctore Abū-I-Abbāso al-Asamm vid. ann. ad n. 82; et de Abū-Ālio an-Naisāburī Tab.-I-Hoffādh 12, 21.

{ Abū-Bacr as-Sibgī etiam commemoratur a Dhahabīo in *المشتبه*, in ٧. *الصبغى*, his

verbis: الصَّبِغِيُّ الامام ابو بكر بن اسحق شيخ الحكيم واخوه ابو العباس محمد وغيرهما: *وَابْنُ عَتِيْمَا عَلِي بن مُحَمَّد بن اِيُوْب الصَّبِغِيُّ الخ* H. E. W.]

Nomen relativum *صَّبِغِي* ductum est a compluribus locis, quorum nomen a vocabulo *صَّبِغِي* (*portio terrae in feudum concessa*) incipit: cujusmodi loca 18 enumerantur in Lexico Geogr.

De al-Hācimo vid. ann. ad n. 11; et de al-Baihakio ann. ad n. 22. — Vita Abū-l-Kāsimi al-Koschairi occurrit supra n. 64; et vita Abū-Sālihi al-Moadhdhin in libro Tab.-l-Hoffādh 14, 21.

De anno nativitatis nostri liber Tab.-l-Hoffādh cum Codice nostro consentit, neq non de tempore obitus ejus, una cum Hādji-Khalifā et Cod. 374.

Verba *وَأَمَّا الخ* hic nullum sensum habent, quam Sojūtius in hoc libro *ordinem litterarum* secutus sit; nec igitur diversos Interpretes in diversas classes retulerit; pro diversa eorum Korāni interpretandi ratione, sive magis sive minus laudabili. Videntur igitur haec verba ex alio libro, in quo de hoc Mohammade exponeretur, incaute transcripta esse una cum antecedentibus: dum fortasse Sojūtius haec quoque inde mutuans, putabat, se ab initio loci a se descripti nomen auctoris addidisse: ita v. c. ut mox Dhahabii verba citans, illius nomen adjecit. — *Chronicon* illud Dhahabii, ex quo verba allata desumpta sunt, sine dubio est ejus *تاريخ الاسلام*, de quo vid. Hādji-Khal.

Ultima vox *قَرَطَمَة* est nomen actionis verbi *قَرَطَم*, quod in Lexico notatur significatione *amputavit, secuit*; hic autem metaph. significat: *truncavit, mutilavit* verba, plane nostrum *verminken, verknoeijen*.

Ad N. 95.

Plura de eo non inveno, nisi ejus nomen apud Hādji-Khalifam, titulo *تفسير الأصفهاني القديم*, in Cod. L.; Cod. O. eum confundit cum Abū-l-Kāsimo Ismā'ilo al-Isfahāni (de quo vid. supra n. 23), omniaque confusa habet.

[Nomen *مَهْرِيْد*, hic uni e proavis Mohammadis al-Isfahāni tributum, non alibi quidem inveni, sed tamen non dubito quin bene scriptum sit. Videtur enim origine Persicum esse, et compositum e vocabulis *مَهْر*, amor, et *يَرْد* sive *يَرْد*, Deus: ita ut aut *مَهْرِيْد*, aut *مَهْرِيْد*, pronuntiandum sit, et proprie *amorem Dei*, hoc est a Deo *amatum*, significet. H. E. W.]

De Abū-Bacro ibno-l-Mokri vid. ann. ad n. 86; et de origine nominis relativi *الكمامي* ann. ad n. 92. — De anno mortis hujus viri Hādji-Khalifā Codici nostro assentit.

Ad N. 96.

Hujus viri vita invenitur apud Ibn-Khallic. n. 668. — Harrān, unde oriundus erat, notissima est Mesopotamiae urbs.

[De viris quos Ibn-Taimija audiverit, sequentia apud Ibn-Khallicānem, l. 1., in utroque nostro Codice (nam Wüstenfeldii editio, dum haec scribo, nondum ad hanc vitam progressa est) reperio: وقدّم بغداداً وثقله بها على أبي الفتح بن المنى وسمع الحديث. بها من شهدة بنت الابرى وابن المقرب وابن البطى وغيرهم. In quibus et alia vides ab iis, quae Sojūtius hoc loco scripsit; diversa esse, et hoc potissimum, quod ibi de ابو المنى quae Sojūtius hoc loco scripsit; diversa esse, et hoc potissimum, quod ibi de ابو المنى mentio fiat, hic de الرفا بن ادى الفتح بن المنى cum 'Sojūtii quidem locus sic se habeat, ut facile opinari posses, ex hoc emendandum esse locum Ibn-Khallicānis, in quo nimirum pro ابو المنى ابو الفتح بن المنى substituendam conjiceres (ut plenius apud Sojūtium est) ابو الفتح بن ادى الرفا. — — وخصه بن المنى. Verum tene, me quidem neque de ابو الفتح بن ادى الرفا, neque de نصر بن المنى, usquam mentionem factam vidisse, cum contra ابو الفتح بن المنى, quem Ibn-Khallicān hic commemorat, notissimus sit vir, quem ista aetate vixisse certo constet. Haec offert de illo Dhahabī مثنى والد يونس عليه السلام وغيره وينون ثقيلة العلامة ناصح الاسلام: مثنى. in v. المشتبه ابو الفتح المنى شيخ الكنايلة فى حدود السبعين وخمسة مائة وابن اخيه محمد بن مقبل المثنى حدث عن شهدة وابو عبد الله بن مثنى البغدادي حكى عنه ابو عمر الزاهد وينون مفتوحة رفيقنا بدر الدين محمد بن سعيد بن ابي المنى الكلبى الكنبلى نزيل القاهرة. Ex quo loco cum nondum plane constet, quomodo illud المثنى pronuntiandum sit, hic simul adscribam Kāmūsi locum in v. من, ubi idem nomen his verbis commemoratum est:

وابو عبد الله بن مثنى بكسر النون المشددة لغوي

Cum supra in N. 8 nomen ejusdem, qui hic iterum commemoratur, Abū-l-Fathī ibno-l-Battī se offerebat, adduxi quidem, ad illustrandum locum ibi e الباب لب citatum, Dhahabī verba, in المشتبه in v. بطة oblata, sed neglexi, tum simul alium ex المشتبه locum in medio ponere, in quo ipsius illius viri mentio facta est.

Nempe in v. البطى قرية بط على طريق دقوقا فابو الفتح: haec scripsit Dhahabīus: محمد بن عبد الباقي نسيب انسان من القرية فعرف به وبالتخفيف والهمز لقب احمد بن الحسن بن ابي البقا العاقولي بالبطى روى عن ابي منصور القرّاز وطبقته

وَبَطْنُ قَرْيَةِ بَطْرِيفَ دَقَوْقَا وَأَبُو الْفَتْحِ الْبَطْنِيُّ: بِبَطْنِ. in v. illo idem plane refertur in Kāmūso,

المحدثت نسيب انسان من هذه القرية فعرف به

Qui mox sequitur, Sa'dollāh ibn-Nasr ad-Dadjādī, etiam in Kāmūso commemoratur, in v. دَج, ex quo loco de pronuntiatione illius relativi nominis certi sonus: وَنَبُو الدَّجَاچِ الكَلَرْثِيُّ شَاعِرٌ وَأَبُو الْغَسْنَاقِمِ بْنِ الدَّجَاچِيِّ وَسَعْدُ الْمَلِكِ بْنِ فَعْمَرٍ وَأَبْنَاهُ مُحَمَّدٌ وَالْحَمْسِيُّ وَخَفِيدُهُ عَبْدُ الْكَحْفِ بْنِ الْحَمْسِ وَعَبِيدُ الدَّائِمِ بْنِ عَبْدِ الْمُحْسِنِ الدَّجَاچِيِّونَ مَحْدَثُونَ. H. E. W.]

De Schohdā, celeberrimā illā foeminā, vid. Ibn-Khallic. n. 295 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. 118. [Nomen hujus mulieris revera *Schohdam* pronuntiandum esse, quod ex vitā ejus apud Ibn-Khallic. non apparet, constat ex المشتبه, ubi primum in v. شهده legitur:

شَهْدَةُ الْكَاتِبَةِ وَجَمَاعَةِ وَبِالْفَتْحِ بِالسَّجِسْتَانِ أَبُو الْعَمْسِيِّ مُحَمَّدُ بْنُ الْحَمْسِيِّ الْأَبْرِيُّ السَّجِسْتَانِيُّ الْكَلْبِيُّ وَأَبْرٌ مِنْ قَرْيَةِ سَجِسْتَانَ مِنْتَفٍ مِنْقَبِ الشَّافِعِيِّ وَمَعَ مِنْ ابْنِ خُرَيْمَةَ وَطَبَقَتْهُ — — — وَالْأَبْرِيُّ بِالْكَسْرِ فَخَرَّ الْمَسَاءُ شَهْدَةً وَأَبْوَاهَا السَّجِسْتَانِيُّ

Quod ad nomen الجَنَابِ ابنِ attinet, multi quidem inter Arabes fuerunt, qui جَنَابٌ appellarentur (ut ex. gr. ex Indice ad Hamāsāam, et imprimis ex Kāmūso, apparet); verum mihi saltem plane ignotum est, hunc homini anquam *articulum* praefixum fuisse.

Quare, si hīc lectio bene se habet, pronuntiandum videtur ابنِ الجَنَابِ, collatis hīc Frāzābādī verbis, in fine capituli de v. جنبِ oblatis, ex quibus apparet, vocabulum الجَنَابِ tanquam nomen proprium non plane inusitatum fuisse: وَبِالتَّشْدِيدِ أَبُو الْجَنَابِ [H. E. W.] الخَيَّوْقِيُّ الْخَوَارِزْمِيُّ نَجْمُ الْكِبْرَاءِ

Non inveni apud Hādī-Khalīfam opus nostri de jurisprudentiā: verisimile est, hīc non dari ejus titulum, sed tantummodo in univēsum moneri, eum *breviarium* scripsisse quoddam de jurisprudentiā, cujus titulum fortasse Sojūtius ignoraret.

Nomen relativum *Abarkūhi* jam expositum est in ann. ad n. 56, et *Fāriki* refertur ad ميافارقين, urbem in confiniis Mesopotamiae et Armeniae. Commemoratur vir iste in Tydem. *Consp. operis Ibn-Khallic.* p. 94 vs. 4.

De anno natiuitatis nostri Sojūtio assentiūt Ibn-Khallicān; habet autem annum ejus mortis 621 pro Codicis nostri anno 622.— De Ibno-n-Naddjāro vid. ann. ad N. 3.

Ad N. 97.

Plura de eo non invenio, nisi ejus nomen apud Hādji-Khalifam, qui ejus *Commentarium* integro titulo citat, his usus verbis: التجرير والتخبير لأقوال أئمة التفسير فى معانى كلام التسميع البصير وهو تفسير كبير للشيخ العلامة جمال الدين أبى عبد الله محمد بن سليمان المعروف بابن النقيب المقدسى الحنفى المتوفى سنة ثمان وتسعين وستمائة وهو كبير فى نيف وخمسين مجلدا وقد أعتنى به ما لم يُعتنَ بغيره ذكره الشعرانى وقال ما طالعت أوسع منه

Verba textus videtur significare: *qui non ambitiose res magnas suscipit; ambitioni non serviens*: quod optime convenit cum antecedenti متواضع, *humilis, modestus*. Quod attinet ad phrasin, mox in textu sequentem, شَدَّتْ عِمَّتَهُ الْحِجَّ, quemadmodum dicitur شَدَّ رَحْلَهُ, *constrinxit sellam suam*, sic hęc dici videtur *constrinxit cidarim suam*, pro *accinxit se ad rem, re aliqua occupatus fuit*. عِمَّةٌ enim et حِمَامَةٌ ambo designant *involucrum capitis Orientalium* (conf. فتوح مصر, ed. Hamak. p. 76, 110), quod constringunt quando exeunt foras. Conf. similis usus verbi شَعَرَ in Sa'yi *Chrest. Arab.* T. II. p. 457 vs. 3. edit. 2a.

De al-Birzālī vid. Tab-l-Hoffādh 21, 14. (conf. Tydem. *Conspect.* p. 66 vs. 3). Ejus nomen relativum refertur إلى بوزالة قبيلته بالمغرب (teste Lobbo-l-Lobāb).

De anno mortis nostri inter se consentiunt Codex noster, Hādji-Khalifa et Cpd. 374.

Ad N. 98.

De eo prorsus nihil suppeditant adminicula, quae ad manus mihi sunt. Video tantum, illum commemorari etiam in operis inscripti *Notices et Extraits* T. IX. p. 112 et 113, ubi de illius opusculo فى الوقف (*de pausā in legendo Korāno*) mentio fit. Ibi tamen non أبو عبد الله dicitur, sed أبو جعفر. — Ejus nomen relativum *Gaznawī* refertur ad notissimam urbem غزنة, de qua conf. Herbelot. in v. *Gazna*. Locum, unde alterum nomen relativum السجاردى ductum est, non inveni; videtur vero esse vicus ad Gaznae ditionem pertinens.

Al-Kiftī (in textu male est per typhothetae errorem القفطى), cujus hęc testimonium

affertur, sine dubio est auctor operis *أبناء الرواة على أبناء النخاء*. Ejus nomen plenum est Djamāloddīn Abū-l-Hasan Ali ibn-Jūsuf al-Kiftī: diem obiit supremum anno 646, secundum Herbel. in v. *Cofti*, Hādji-Khalifam, et Cod. 374, in quo ejus nomini adhuc titulus *قطر بلد بصعيد مصر* est additus. — Ejus nomen relativum *Kiftī* refertur ad *قطر بلد بصعيد مصر* (teste Lobbo-l-Lobāb).

Pro *مختصراً*, ut in textu editum est, melius legetur in activā formā *مختصراً*, *brevem faciens (sermonem suum)*, h. e. *paucis verbis*.

De Jākūto vid. quae dicta sunt supra in ann. ad N. 6.

Notandus est usus verbi *ترجم* cum ace. pers., significatione *narravit vitam* alicujus, quae, licet haud raro occurrat, tamen adhuc in Lexicis desideratur: substantivum *ترجمة* saepissime pro *vitae alicujus expositione* usurpari notissimum est.

Opus Baihakti (de quo quidem viro nihil reperio), unde versus nostri sumti sunt, ab Hādji-Khalifā memoratur titulo: *وشاح دمية القصر ولقاح روضة العصر*, h. e. *balteus simulacri palatii, et flos foecundans palmarum horti temporis*: est autem hic liber appendix antiquioris libri *العصر أهل القصر وروضة أهل العصر*, conscripti a Bākharzīo (الباخرزي); vid. Hādji-Khalifa in isto tit. Collegit etiam in hac appendice, ut olim in ipso libro factum erat, multa poëmata suorum aequalium, et inter alia quoque sequentes nostri versus tradidit, qui jam per se Grammaticum aliquem suum esse auctorem ostendunt. Sic sunt reddendi:

« Removeat a vobis Deus omne damnum, et obstruat vobis vias metus:

« Sintque perpetuo apud vos adversitates vestrae similes litterae Nūn pluralis numeri in statu regiminis.”

I. e. absint a vobis infortunia, sicut Nūn pluralis perit in statu regiminis (الإضافة).

Ad N. 99:

Quod attinet ad locum ubi vir ille Judicis munere functus est, in Lex. Geogr., in v. *عسكر*, postquam dictum est multa locorum nomina a voce *عسكر* incipere, inter alia etiam *عسكر المهدي* his verbis commemoratur: *وهو المنصور وهو المحلة*: nomine *al-Mahdī ibno-l-Mansūr* Khalifa ex Abbāsīdis 3^{us} significatur, qui regnavit ab a. 158—163. — Memoratur ab Hādji-Khalifā ejus opus

حَمْدَةَ الْأَدَبِ فِي الْكَلَامِ, qui dicit hoc non absolutum esse ab auctore; non autem invenit
ejus *Commentarium* in Korānum.

De anno ejus mortis Hādji-Khalifa Codici nostro assentitur. — Versus, qui sequuntur,
sic vertendi videntur;

- » *Dic isti, cujus suspecta est origo, quam de se praedicat, a Sabaro: oja, fae*
» *te genus tuum (ad quemquam hominum quibuscum vivis) referre, quis*
» *patienter illud ferret?*
- » *Quando amiculo judiciali (1) indutus ad jus dicendum sedet, o quam tum*
» *adventum gratulareris Abū-l-Azaro (2)!*
- » *Et vero illius quidem judicium pessimum est quod esse possit: quando jus*
» *dicit, coecus est visus ejus (fortasse vult: occaecatus pecuniā, quā corrumpi*
» *se passus est).*”

(1) Conf. Sacyi *Chrest. Arab.* T. II. p. ¶ coll. 266, et Reiskius ad Abulf. *Ann.*
Moel. III. p. 680.

(2) H. e., ut videtur, *quam tum velles illius loco esse Abū-l-Azarum!* Hoc nomen
plane non cognitum habeo, sed videtur spectari Judex, etiam ipse pessimae notae, quo
tamen multo etiam pejor esset Ibn-Sabar ille.

Fortasse pro العذر hic legendum est العُدْر sive العُدْر: scriptio enim, in Codice obvia,
utramque legendi rationem admittit; in Kāmūso autem commemorantur quidem nomina
propria عُدْر et عُدْر, nullum vero quod litteris عذر scribatur.

Ad N. 100.

Datur ejus vita ab Ibn-Khallic. n. 618, et vita filii ejus (mox hic quoque commemorati),
Abū-Hāschimi Abdossalāmi, ab eodem n. 393 (ed. Wüstenf. Fasc. IV. p. ¶). — De ejus
nomine relativo *Djobbāz* haec offert liber Lobbo-l-Lobāb: بالصمّ والتشديد والمدّ الى
جُبّة قرية بالنهموان والى ابن (ابى اى) على الجبّاعى راس الجبّائية وهو الى جبا بالقصر
قرية بالبصرة. Conf. imprimis Ibn-Khallic. in fine vitae Abū-Hāschimi Abdossalāmi (edit.
Wüstenf. I. I.)

Ejus doctor Ja'kūb as-Schahhām etiam ab Ibn-Khallic. commemoratur, in ejus vita, I. I.,
h. e. (الكلام) عن ابى يوسف يعقوب بن عبد الله الشحام: والبصرى رئيس المعتزلة بالبصرة فى عصره

Nostri *Commentarium* ab Hādji-Khalifā commemoratum non video, nec etiam illum qui ab ejus filio conscriptus esse legitur.

De celebri ejus discipulo, Abū-I-Hasanō al-Asch'arī vid. Herbelot. in v. *Aschari*, 1^o *Additions* in eadem voce, et Ibn-Khallic. n. 440 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. 14), qui etiam multa de illo, et de necessitudine quae cum Djobbāto ei intercessit, narravit in hujus vitā (n. 618). — Nomen relativum *Asch'ari* sic explicatur in libro Lobbo-I-Lobāb:

ألى أشعر وهو نبت بن أدد بن زيد بن يشجب بن عريب بن زيد بن كهلان بن سبأ لأن
أمه ولدته والشعر على بده

De anno mortis nostri cum Codice nostro consentit Ibn-Khallicān, nec non de anno mortis ejus filii.

De Ibn-Dorostawaiho vid. Ibn-Khallic. n. 328 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 14); et de Ibn-Doraido, quocum Abū-Hāschim uno die et eadem in urbe mortuus est, vid. ann. ad N. 74.

Verba *اجتمعت الخ* (in quibus typhothetae errore pro *ثمانين*, ثمانين est editum) significare videntur: « *conveni (aliquando) cum Abū-Hāschimo: quo tempore mihi proposuit 80 quaestiones — (ad quas tamen) nullum ab eo datum responsum mea mihi memoria dein suggererat,*” nisi potius pro *له* legendum sit لها, ut sensus fiat: *ad quas nullum responsum mea mihi memoria suggererat.* — Porro in textu pro *وكان* legendum esse videtur *ومات*; aut inter *دريد* et *في* aliqua exciderunt, quod verisimilius credo.

Ad N. 103.

Plura de eo afferre non possum, quum omnia mea subsidia de eo prorsus taceant, neque ullum eorum operum, quae hic ei tribuuntur, ad Hādji-Khalifā memoratur. — De Jākūto vid. ann. ad n. 6.

Quale sit opus, quod hic *كتاب الشام* appellatur, nescio; sed videtur tamen sic reverā in Cod. legi, quamquam non *plane* certum est. *كتاب الشام* foret *liber de naevis*, et apparet ex Hādji-Khalifā, fuisse reverā libros *في الشامات والخيلان*. Non video tamen, quomodo in tali libro locus fuisset de hoc Korāni interprete dicendi: quare equidem probabile duco, hīc aliquid latere, quod quale sit definire non possum.

Pro *أكنه*, quod in textu editum est, sine ullo dubio pronuntiandum est *أكنه*: vult enim: *eum in isto libro omnia conjunctim tradidisse, quae animo asservata teneret.*

Verbum *كن* enim in 1^a et 4^a formā etiam de *scientiā* dici, quam quis animo *asserva-*

وقتل ايمو زيد كندسته وكننته بمعنى في الكنن وكنن النفس جميعاً تقول كنتت العلم وكننته وهو مكنون ومكن

De Abū-Bacro as-Schāfiī vid. ann. ad n. 28; et de Abū-Abdillāho al-Mahāmili Tab. I-Hoffādh 11, 36. Alium, hoc cognomine appellatum, vid. apud Ibn-Khallic, n. 26 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 30, Skanū T. I. p. 1. p. 28).

Nomen illud relativum *Mahāmili* significat *operarium et venditorem rerum, quae مَحْمِلٌ vocantur.*

De Da'ladjo vid. Tab. I-Hoffādh 12, 2, et Ibn-Khallic, n. 227 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. 30).

Qualis secta voce أشعري hīc designetur, vid. apud Herbelot. in v. *Ascharioun*. — Pro paenultimo hujus numeri vocabulo التفسير, ut per errorem editum est, emenda التفسير.

Ex comparatione aetatis doctorum ejus patet, nostrum vixisse medio seculo quarto Arabum, quamquam annus quo obiit notus fuisse non videtur.

Ad N 102.

Ejus nomen relativum *al-Mari* (sic enim hīc pronuntiandum videtur) refertur ad Hispaniae urbem المرية, h. e. ad *Almeriam*.

[Nomen relativum الالبيري, ut hīc ex Codice editum est, male se habet: scribendum est ita, ut infra, in N. 133, et in Cod. et in edit. (p. 44) offertur, الالبيري. Evidenter hoc apparet, adhibito loco Lexici Geogr. in v. البيرة, in quo sequentia leguntur: البيرة الف قطع بوزن كبريتة وبعضهم يطول بليده (لبيرة 1) كورة كبيرة من كور الاندلس ومدينة متصلة بأراضي كورة قبرة في أرضها معادن فضة وذهب وحديد ونحاس وحاجر التوتيا وفيها عدة مدن منها قسطيلية وغرناطة وغيرهما

Mendosum illud بليده, quod hīc nullum sensum habet, me bene emendasse, probat alius locus ejusdem Lexici, in v. البيري, sic sonans: سكن اليماء المثناء, من تحتها والقصر من نواحي الاندلس اللبيرة ويقال: لبر. His jam junge Firūzābādii locum in Kāmūso, in v. البيرة. Ac denique etiam Dhahabī

locum in المشتبه, in v. اللبيري وبقال الالبيري جماعة من علماء البيرة بلد اللبيري v. المشتبه بالاندلس. Ex signo hamzae, hic in Cod. supra litteram l scripto, efficeret *Albira* pronuntiandum esse, cum tamen ex evidenti loco Lexici Geogr. plane certum sit, hoc nomen *Ibira* sonare. H. E. W.]

Inter eos, qui tanquam libri المدونة commentatores et epitomatores ab Hādji-Khalifā enumerantur, nostrum non reperio. Est autem, secundum Hādji-Khalifae iudicium, liber iste (المدونة في فروع المالكية) opus longe praestantissimum omnium, quae de systemate Mālici agunt. Auctorem habet Abū-Abdillāhum Abdorrahmānem ibno-l-Kāsim, cujus vita invenitur apud Ibn-Khallic. n. 370 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 41), et complures commentatores est nactus.

Ibn-Sallām (qui etiam occurrit supra in n. 54) vulgo vocatur أبو العبيد القاسم بن سلام اللغوي (Ibn-Khall. n. 545, edit. Wüstenf. Fasc. VI. p. 34: conf. etiam Herbel. in v. *Abu-Obeid*); at vero, quamquam ex Ibn-Khall. patet, inter scripta hujus doctoris, quae numerum 20 excedunt, etiam esse quae de Korāno agant, minime tamen ex hoc Auctore, neque ex Hādji-Khalifā constat; eum revera *Commentarium* in Korānum scripsisse, qui hic et in n. 54 spectaretur, si quidem de isto viro sermo esset. Quare equidem credo, de alio *Ibn-Sallāmo* agi, qui mihi non innotuerit.

Neque etiam caetera, quae in textu citantur, nostri opuscula ab Hādji-Khalifā commemorantur; at de libro قدوة القاري hoc monendum mihi est, vocabulum قدوة tam obscure in Cod. esse scriptum, ut etiam قدوة et قدوة lege possit.

De Abū-Amro ad-Dām vid. Tab.-l-Hoffādh 14, 5. Nomen ejus relativum *Dānī* refertur الى دانية مدينة بالاندلس (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 103.

Plura de isto vide apud Ibn-Khallic. n. 637, Tab.-l-Hoffādh 16, 3, et pauca apud Herbelot. in v. *Arabi*.

Ejus nomen relativum *Ma'āfirī* jam explicatum est in ann. ad n. 8. De anno natalitatis ejus consentiunt cum Codice nostro Ibn-Khallicān et liber Tab.-l-Hoffādh.

Abū-Bacr at-Tartūschī est sine dubio رندقة ابن أبي رندقة (Ibn-Khall. n. 616), quem ex vitā ejus apparet, jam anno 476 in Orientem ex Hispaniā abiisse et aliquamdiu in *Syriā* habitasse.

Nomen ejus relativum *Tartūschī* derivatur a طرطوشة, Hispaniae urbe, ad flumen Iberis sitam, in regione Cataloniae.

Edidimus, ut Codex offerebat, من ابن طراد الزينبي; sed nullum superest dubium, quin vocabulum ابن, utpote ex repetito من ortum, delendum sit; quo facto agitur de طراد الزينبي, de quo vid. in ann. ad n. 23. In libro Tab.-I-Hoffādh l. l. male illud nomen scriptum legitur طرادة الدينبي.

[Nomen البطر hic recte scriptum esse, male vero in libro طبقات الحفاظ (in quo pro نصر est نصر الله) non البطر sed البطر legi, probat Kāmūsi locus in v. بطر, naec offerens: ونصر بن احمد بن البطر كتبت محذت. H. E. W.]

De Abū-Bacro as-Schāschī vid. quae dicta sunt in ann. ad n. 36, ubi idem ille vir occurrit.

De al-Gazzāfiō vid. ann. ad n. 79; et de celeberrimo Abū-Zacarījāo at-Tibrīzī vid. Herbel. in v. *Tabrizi*, et Ibn-Khallic. n. 810. Refertur ejus nomen relativum, ut notum est, الی تبریز بلد بانريجان. — Pro ejus nomine in libro Tab.-I-Hoffādh male scriptum est ابو زكريا التبريزي.

Emendatio textūs, quā pro Codicis verbis ولها مقدمات substituiimus لها مآدما, plane certa fit inspectā nostri vitā apud Ibn-Khallic., ubi totus hic locus iisdem verbis offenditur.

Commentarium nostri memoratum non invenio apud Hādji-Khalifam. Codex L. quidem citat تفسير ابن العربي (Cod. O. illum omisit), sed evidenter patet, illius auctorem esse Ibn-Arabium at-Tāi, cujus vita occurrit infra n. 115. — Commemorat autem Hādji-Khalifa nostri opus احكام القرآن inscriptum, quod exstat in Bibl. Escorial. (vid. ejus Catal. n. 1259); nec non ejus commentarium in Tormodhii opus جامع الصحيح, quod tertio loco post Bokhāri et Moslimi opera, eodem nomine inscripta, a Moslimis habetur. Plura qui scire cupiat de istius operis auctore Abū-Isā Mohammade at-Tormodhī, adeat Ibn-Khallicānem n. 624, et librum Tab.-I-Hoffādh 10, 3. Obiit anno 279.

De nomine ejus relativo haec retulit liber Lobho-I-Lobāb: يكسر اوله او قنحه او ضمه. Conf. Herbelot. in v. *Tarmud*.

De anno mortis nostri cum Codice nostro consentiunt Hādji-Khalifa, Ibn-Khallicān et liber Tab.-I-Hoffādh.

Ex rationibus chronologicis, nec non ex testimonio libri Tab.-I-Hoffādh in vitā as-Sohaili, mutavimus vocabulum عنهم, quod Codex vitiose praebet, in عنه.

De Abū-Zaido, sive Abū-I-Kāsimo, as-Sohailī vid. Tab.-I-Hoffādh 17, 3, Ibn-Khallic. n. 379 (edit. Wūstenf. Fasc. IV. p. 41), et pauca apud Herbelot. v. *Sohaili*. De no-

mine illo relativo haec notat liber Lobbo-l-Lobāb: **اللى سهيل كربة بالاندلس**. Conf. imprimis etiam Ibn-Khallic. in fine vitae hujus viri.

[أحمد بن خلف الكلاعى] aliunde mihi non notus, nomen illud relativum *al-Calāz* sine dubio traxit a tractu Hispaniae, كلاع dicto. Sequentia de illo offert Lexicon Geogr. :
 كلاع بالفتح واخره عين مهمله اقليم كلاع بالاندلس من نواحي بطليوس H. E. W.]

Abū-l-Hasan al-Khila'ī sine dubio est idem, qui nobis jam occurrit in n. 62, cujusque vita exstat apud Ibn-Khallic. n. 455 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. 34); sed error Sojūtio est tribuendus, qui huncce virum retulit in eorum numerum, qui auctoritate Ibrahī-l-Arabii docuerunt, cum reverā inter illius praecipuos esset referendus, ut recte in libro Tab.-l-Hoffādh factum est.

Abū-l-Hasan as-Schakūrī jam occurrit supra in n. 49, ex quo loco apparet, ipsum annum 616 fuisse annum *mortis* illius viri. Fortasse igitur verba illa **فى سنة الخ** hic male se habent et glossae sunt accepta referenda, quā annus mortis ejus in margine notatus fuerit.

Nomen relativum **الى الخزرج من الانصار** refertur **خزرجى** (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 104.

Plura non inveni de isto, nisi ejus nomen apud Hādji-Khalifam. — De Jākūto, cujus verba hic allata invenimus (ex quibus fortasse unum membrum excidit, quod resonaverit cum **التخارج**), vid. ann. ad n. 6.

Commemoratur nostri *Commentarius* ab Hādji-Khalifā his verbis: **تفسير المرسى**
هو شرف الدين ابو عبد الله محمد بن عبد الله بن محمد بن ابي الفصّل
(ابو الفصّل محمد بن عبد الله: in God. L. est: الشافعى المتوفى سنة خمس وخمسين
وستماتة وهو كبير فى عشرين مجلدا قصد فيه ارتباط الايات بعضها ببعض وبين جوده
وله تفسير وسط فى عشرة اجزاء وصغير فى ثلاثة اجزاء يعنى مجلدا (مجلدات 1).
 quorum duo ultima verba glossam continere videntur, ab aliquo profectam, qui monere voluerit, vocem **جزء** hic idem significare, quod paullo ante **مجلد**. — Dicit igitur Hādji-Khalifa, eum praecipue in *Commentario* suo sibi proposuisse, ut nexum constitueret singulorum versuum inter se, diversosque istius rei modos proponeret.

Alterum autem librum ab Hādji-Khalifā commemoratum non video: quaenam sint disciplinae, de quibus agit illud opus, vid. in Lexico Freytagii in ipsis vocibus.

Versus qui sequuntur, sic vertendi sunt:

- » Qui cupit salvus evadere (a poenâ aeternâ), huic nulla alia via est, quam
» ut sequatur Electum (Mohammadem), in eo quod praestitit:
- » Illa est via recta, omnesque aliae sunt viae seductionis et erroris et inte-
» ritus.
- » Atque omitte disquisitionem de eo, quantus et qualis (sit Deus): haec enim
» est porta, quae trahit visu praeditos ad coecitatem.
- » Itaque sequere librum Dei et Legem traditione propagatam, quae vera sunt;
» nam illud, si secutus es ea, est in viâ rectâ duci:
- » Vera religio est quod dixit Legatus divinus ejusque socii, et qui hos excepe-
» runt, quique eorum secuti sunt vias apertas."

Ad N. 105.

Nomen relativum hujus viri (de quo equidem nihil amplius reperio), *Osmandi*, refer-
tur الى أسمند من قرى سمرقند (teste Lobbo-l-Lobāb). Ejus libri de *arte polemicâ*
quum titulus verus a Sojūtio non tradatur, definire nequeo, utrum Hādji-Khalifa eum
commemoraverit, nec ne.

De Ibno-s-Sam'ānīo jam dictum est in ann. ad n. 5.

Ad N. 106.

Refertur ejus nomen relativum *Makhsūmī* الى مأخروم قبيلة من كعب بن لوى ووطن من
عيس ومن خديبل (teste Lobbo-l-Lobāb); et *Schātibz* ducitur a شاطبة, urbe Hispaniae no-
tissimā. Cognomen ejus المُنْتَشَى, *ebrius*, etiam occurrit apud Herbelot. in v. *Montaschi*,
sed de plane alio viro.

Ibn-Abī-Dawūd, qui hīc commemoratur, non est confundendus cum Hāfidho Abū-
Bacro Abdollāh Ibn-Abī-Dawūd, cujus vita occurrit in libro Tab.-l-Hoffādh 10, 108,
viro longe prioris aetatis. Vixit enim ab anno 203—316.

[ابن شفيح, qui hīc commemoratur, idem esse videtur atque is, de quo Dhahabius in
شفيح عبد العزيز بن عبد الملك بن شفيح المقرئ: (priore loco) شفيح (v. المشتبه
مات بعد الخمس مائة وبالضم أبو صالح شفيح بن اسحق المختسب عن محمد بن سلام
مات ٣٩٧ (sic) والمكارس. Quibuscum conveniunt haec Firūzābādii, in v. شفيح

وكامير جند عبد العزيز بن عبد الملك المقرئ وكزيتير ابو صالح بن اسحق المختسب
المحدث. H. E. W.]

De Ibn-Soccará vid. Tab.-l-Hoffádh 15, 27. Non confundendus est cum Mohammade
ibn-Soccara, cujus vita datur ab Ibn-Khall. n. 677, quique longe ante nostri aetatem
vixit. [Etiam illius, qui híc a Sojütio significatur, non minus quam antiquioris istius,
ab Ibn-Khallicâne commemorati, nomen سكرَة ابن pronuntiandum esse, auctor est Dha-
habius, qui de utroque in المشتبه mentionem fecit in v. سكره, alterum tertio, alterum
primo loco nominans. Locum ipsum, quem specto, jam supra in medio posui, p. 102
in ann. ad n. 71. H. E. W.]

Ad N. 107.

Ejus nomen relativum نَسَوِيّ, quod etiam نَسَائِيّ scribitur, ducitur a نَسَاءَ مَدِينَةَ
بخراسان (teste Lobbo-l-Lobāb).

De ejus opusculis, quum nullum cum titulo suo a Sojütio memoratum sit, aliquid dicere
nequeo; nullum opus magni momenti reliquisse videtur de Korāni interpretatione, quod
ab Hādji-Khalifā nomine تفسير commemoratum fuerit.

De nostri doctoribus Abū-Ishako al-Isfarānī et Abū-Dharro al-Harawī jam dictum est in
annot. ad n. 64 et n. 89; et de ejus discipulo Abū-Abdillāho al-Forāwī in ann. ad n. 3.

Ad N. 108.

De isto plura monenda non habeo, nisi quod ejus *Commentarius* ab Hādji-Khalifā
commemoretur tanquam opus mille voluminibus constans (Cod. O. vero tantum de 100
vol. loquitur).

De Sam'ānio, cujus testimonium de nostro híc affertur, vid. ann. ad n. 5.

Nomen relativum الرِّبْعَدُمُونِيّ unde ductum sit, indicant verba Lexici Geogr.: الرِّبْعَدُمُون
بكسر أوله وسكون ثانيه وعين معجمة مفتوحة ودال معجمة ساكنة واخره نون قرية بينها وبين
بخارا أربعة فراسخ

Usum híc currentem verbi جَزَأَ, nempe significantis *temere* aliquid *et conjectando*,
non ex certā scientiā, protulit, illustrare quodammodo potest locus Ibn-Khallic. in vitā
Haisi-Baisi poëtae (n. 257, edit. Wüstenf. Fasc. III. pag. 41), qui sic se habet: وكان

إذا سُئِلَ عن عمره يقول أنا أعيش في الدنيا مُتَجَارِفَةً لَأَنَّهُ كَانَ لَا يَحْفَظُ مَوْلِدَهُ. — Notandus porro est usus verbi سهل, in VI. formā, pro laxè egit, minus diligentem et severum se praestitit commodo suo indulgens, minus accurate egit, quā significatione idem illud verbum quoque adhibitum inveni in vitā Ibn-Khallicānis, Indici Tydemanni praemissā, p. 116 vs. 4, et in Sacyi *Chrest. Arab.* T. II. p. 61 vs. 2 a f.

Ad N. 109.

Plura de eo inveniuntur apud Ibn-Khallic. n. 586 (edit. Wüstenf. Fasc. VI. p. 14), et pauca apud Herbel. in v. *Schāschi* et *Caffal*. Nomen ejus relativum *Schāschi* ductum est ab urbe *Schāschi*, in transoxanā regione sitā. — الْقَفَالُ الْكَبِيرُ dicitur, quoniam alius fuit paullo post, hoc *Kaffāli* cognomine clarus, de quo Ibn-Khallic. exposuit n. 330 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 14), qui hic etiam inferius الْقَفَالُ الصَّغِيرُ appellatus est.

De Al-Hācimo vide ann. ad n. 11, et de Ibn-Khozaimā ann. ad n. 93. — Vita Ibn-Djariri exstat supra, n. 93: et de Abū-l-Kāsimo al-Bagawī vid. ann. ad n. 84.

De Abū-Ārābā al-Harrānī nihil monendum habeo, nisi quod commemoretur ab Herbeloto, in v. *Aroubah*, Ebn Aroubah al-Harrānī, tanquam auctor historiae universalis, de quā tamen apud Hādji-Khalifam mentionem factam non video. Num idem vir hic in textu significetur, valde dubium est. — Nomen relativum حُرَانِي sic explicatur in Lobbo-l-Lobāb: بِالْفَتْحِ وَالتَّشْدِيدِ إِلَى حُرَانَ مَدِينَةَ بِالْجَزِيرَةِ وَبِالصَّمِّ وَالتَّخْفِيفِ إِلَى حُرَانَ سِغَةً بِاصْبِهِانَ.

Schaikhus Abū-Ishāk, cujus verba in textu afferuntur, sine dubio est Abū-Ishāk as-Schirāzī (Ibn-Khall. n. 5: conf. Wüstenf. *die Quellen Ibn Challikans*, p. 21–23), auctor libri طبقات الفقهاء. — Refert etiam Ibn-Khallicān, itidemque Hādji-Khalifa, nostrum e Jurisconsultis primum fuisse, qui scripserit opusculum de disputatione scholasticā (علم الجدل); peculiarem vero libri titulum, non magis quam Sojūtius hīc, definiverunt. Nec etiam librum *de fundamentis Jurisprudentiae*, quum titulus non detur, apud Hādji-Khalifam invenire potui. At شرح الرسالة, quem titulum etiam sic simpliciter commemorat Ibn-Khall., est شرح رسالة الشافعي في الفقه. Conf. Hādji-Khal. in رسالة الشافعي, quo loco etiam nominat commentarium Imāmi Mohammadis ibn-Āli al-Kaffāli-l-Cabīri as-Schāschi, mortui a. 365.

De Ibno-s-Sam'ānīe vid. ann. ad n. 5.

Nostri محاسن النبوة apud Hādji-Khal. non memoratum video; sed affertur ejus مسائل غريبة لكنه قليل الوجود منه, additis in Cod. L. hisce verbis: مشتمل على مسائل غريبة لكنه قليل الوجود منه, الشريعة.

نسخة موقوفة بالمدرسة الفاضلية بالقاهرة في ثلاث مجلدات اوله العهد له الغنى المحييد
 ذى العرش ذكر فيه انه الف (الفه 1.) جوابا لمن سأل عن علل الشريعة

De Nawawio vid. ann. ad n. 63, et de Dhahabio ann. ad n. 4.

Vitam Abū-Sahli as-So'lūkī conscripsit Ibn-Khallic. n. 589 (edit. Wüstenf. Fasc. VI. p. 108). Nomen ejus relativum refertur ad proavum quendam, *صُعْلُوك* vocatum:

Commentarium nostri in Korānum ab Hādji-Khalifā commemoratum non video.

Porro teneat Lector, in paginae ٣٧ vs. 1 pro *نَصْرِي* legendum esse *نَصْرِي*, quo facto sensus loci expeditus est: et animadvertendum, in Cod. litteram ultimam hujus vocabuli puncta quidem superscripta habere, sed ultimae litterae vocabuli sequentis vocalem *Fat-ham* esse additam, quae ferri non potest nisi *نَصْرِي* legeris. — Dein pro *ابو مندة*, quod Codex offert, sine dubio restituendum est *ابن مندة*, quo nomine virum hęc offendimus, de quo Herbelot. mentionem fecit in *Mandah*, et cujus vita invenitur apud Ibn-Khallic. n. 631, et in libro Tab.-I-Hoffādh 13, 29.

De al-Halimio vid. Ibn-Khallic. n. 185 (edit. Wüstenf. Fasc. II. p. 119), et Tab.-I-Hoffādh 13, 28. Ejus nomen relativum ductum est ab Halimo proavo.

Vita Abū-Abdirrahmānis *السلمى* occurrit supra n. 94.

De anno nativitatē nostri plane consentit Ibn-Khallicān: de anno mortis autem, alios 365, alios 366 dicere tradit; Cod. 374 vero Codici nostro assensum praebet, verumtamen etiam is refert, alias quoque existare opiniones.

Vita Imāmi ar-Rāzī invenitur infra in ipso n. 119.

De Sojūtī opere *اسرار التنزيل* vid. prolegom. mea p. 7 vs. 6, et Hādji-Khalifa in *طف* فى متشابه القرآن, ubi additur, hoc opus versari *فى متشابه القرآن*, in locis *Korāni inter sese similibus*. Hinc ergo etiam illud *مُنَاسَبَات*, h. e. *convenientiae, cognationes* (in Korāno observatae), explicatur.

Ad N. 110.

Hunc inveni tantum apud Herbelot. in voce *Ebn Schoiāb*, et apud Hādji-Khalifam in titulo *اسباب النزول*, qui liber ei tribuitur. Hi ambo autem loco *شهراسب* in ejus genealogiae serie, habent nomen *شعيب*. — Ejus nomen relativum *Sorūrī* refertur *الى سُور* (teste Lobbo-I-Lobāb).

De altero ejus nomine relativo *Māzandarānī* exponit Herbelot. in v. *Maxanderan*.

Verba in textu obvia رَجُلَةٌ — وَتَبِعَ significant: *et secuti sunt (placita ejus) de nonnullis doctrinis fundamentalibus, adeo ut vir fieret ad quem visendum itinera adirentur.*

De al-Khatibo al-Bagdādi vid. ann. ad n. 6.

Verba رجال الحديث indicant viros, quorum auctoritate Traditio propagata est: مراسيل الحديث videntur esse eae traditiones, quae sine ullā auctoritate allegantur (conf. Sacyi *Chrest. Arab.* T. III. p. 235, edit. 2ae). المتفق والمفترق fortasse sign. quod congruit et quod discrepat, h. e. partes Traditionis, quae apud diversos auctores plane eodem aut paullo diverso modo se offerunt. Conf. infra p. f) vs. 3.

De anno mortis nostri cum Cod. nostro consentit Hādji-Khalifa.

De Ibn-Abi-Taijo nihil inveni, nisi ejus nomen apud Hādji-Khalifam, in titulo تاريخ يحيى بن حميدة الكلبي, ex quo opere haec verba in textum translata videntur. Ejus nomen ibi traditur يحيى بن حميدة الكلبي.

Verbum تخلب, ut perperam in textu editum est, sensum hīc non habet: in Cod. legi videtur (quamquam minus perspicue) تجلب, et جَلَبَ sign. *peccavit*. Fortasse est mutandum in تُحَرِّفُ, quod verbum huic loco egregie convenit. Peculiariter enim adhibetur ad eum errorem indicandum, quo perversis vocalibus vocabulum pronuntiatur. Conf. Sacyi *Chrest.* T. III. p. 153 vs. 2; p. 161 vs. 6 a f., edit. 2ae.

De nomine isto ابن بطة conf. quae ex Dhahabii المشتبه annotata sunt ad n. 3.

Ad N. 111.

De eo prorsus nihil inveni, quo quodammodo lacunam Codicis implere possem; neque ejus *Commentarium* ab Hādji-Khalifā commemoratum video. De قَرَاه, urbe Khorāsānis notissimā, unde noster oriundus, et a quā cognominatus erat, vid. Herbel. in v. *Herak.*

Ad N. 112.

Plura de iste non inveni; sed de ejus doctore Ibn-Schanabūdho scripsit Ibn-Khallic. n. 639.

[Pro نظريه, quod nomen nusquam exstat, hīc sine dubio legendum est نظريه. Notus

enim est Grammaticus ille, qui cognomen *Niftawaihi* gessit. Vitam ejus delineavit Ibn-Khallicān n. 11 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 11, Slanii T. I. p. 1 p. 14), ex quo loco apparet, eum mortuum esse a. 323 aut 324, ita ut Schanabūdhius, de quo hic agitur, a. 300 natus, illo praeceptore uti potuerit. In vitā ejus apud Ibn-Khallic. simul nominatur *أبو معاجد المري*, cujus mentio hic praecessit, diciturque Bagdādi mortuus esse a. 324. H. E. W.]

Nomen relativum *Istirābādhi* refertur ad *استراباد من بلاد مازندران بين سارينا وجرجان* (teste Lobbo-l-Lobāb.)

Nomen relativum *Dānāz* ductum est, teste eodem libro, a *دانية مدينة بالاندلس*.

Vocabulum *حادي*, significans *acrem ingenio*, quod usitatius *حاذق* effertur, at in ipsis tamen Lexicis receptum est, etiam occurrit infra in n. 120.

De al-Khatibo vid. ann. ad n. 6, et de *Dārakotnio* ann. ad n. 92. — De anno mortis nostri cum Sejūtio consentit Cod. 374.

Ad N. 113.

Hujus viri nomen relativum *أدنى* refertur ad *أدنى بلد بصعيد مصر* (teste Lobbo-l-Lobāb).

De ejus doctore Abū-Dja'faro an-Nahās vid. Herbelot. in v. *Abou Giafar*, et Ibn-Khallic. n. 39 (edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 41, edit. Slanii T. I. p. 1 p. 41); et de Saïdo ibno-Sa'can vid. *Tab. Mo'ādih* 12, 38.

Nostri *Commentarius* commemoratur ab Hādji-Khalifā, qui ei titulum tribuit: *الاستغناء* *توقف القاضي* et 100 voluminibus eum constare ait, quibus conscribendis auctor spatium 12 annorum transegerit.

De Dhahabio vid. ann. ad n. 4: in verbis ejus, hic in textu citatis, pro *توقف القاضي* sine dubio legendum est *بوقف القاضي* (Cod. offert *وقف*), *ex donatione sive legato Judicis* —, et *مصر* hic, ut saepius, designat *Kāhīram*. — Hujus Judicis Abdorrahimi vita invenitur apud Ibn-Khall. n. 384 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. 80).

De anno mortis nostri cum Sejūtio consentit Hādji-Khalifa.

Ad N. 114.

De hoc nec de doctoribus quoque ejus et discipulo, hic commemoratis, plura inveni; neque etiam ejus *Commentarium* in Hādji-Khalifae Lexico offendi. — De Dhahabio vid. ann. ad n. 4.

Ad N. 105.

Plura de eo videantur apud Herbelot. v. *Arabi*. Conf. de Rossi *Dizionario* p. 40, et Hammerus in *Wiener Jahrb.* B. 82, Anz. Bl. S. 58—61. — Bene distinguendus est ab Ibno-l-Arabīo (ابن العربي et ابن عربي) nullo discrimine dicitur), cujus vita occurrit supra, n. 103, et quocum facile confundi potest.

Sic de ejus *Commentario* in Korānum loquitur Hādji-Khalifa (ex Cod. L.): تفسير ابن العربي هو الشيخ محبى الدين محمد بن على الطائى الاندلسى المتوفى سنة ثمان وعشرين وستمائة صنف تفسيراً كبيراً على طريقة اهل التصوف فى مجلدات قيل أنه فى ستين سفراً وهو الى سورة الكهف وله تفسير صغير فى ثمانية اسفار على طريقة المفسرين ٥

De Ibn-Baschcowālo vid. Herbelot., Tab.-l-Hoffādh 17, 1, et Ibn-Khallic. n. 216 (edit. Wüstenf. Fasc. III. p. 13).

[Ut ignotus mihi est vir ille, qui hic appellatur ابو بكر بن صاف, ita inprimis quoque rarum videtur illud nomen صاف, quod patri ejus tributum est. Nusquam illud commemoratum offendi, nisi in Kāmūso, in v. صاف mediā, و, his verbis: وصاف اسم ابن الصياد. او هو صافى كقاصى او اسمه عبد الله. Ne constitit quidem igitur Firūzābādio, utrum صاف an صاف pronuntiandum esset, neque etiam, utrum uni illi viro (Ibno-s-Saijādo, cujus mentio fit in Traditione, in capite de *Venatione*) istud صاف nomen proprium esset an cognomen. H. E. W.]

Nomen relativum *Harastānī* refertur الى خرستنا قرية بباب دمشق (teste Lobbo-l-Lobāb).

Commemoratur nostri opus فصوص الحكم ab Hādji-Khalifā, qui ejus argumentum tradit secundum singula capita. Vid. autem de ejus argumento et de judicio viro- rum docto- rum de isto opere, Herbelot. in v. *Fossous Al Hekam*. — In hoc autem titulo ab Hādji-Khalifā annus mortis nostri traditur fuisse, congruenter nostro Codici, a. 638. Alia nostri opuscula enumerantur ab Herbel. l. l.

De Ibn-Noktā vid. Ibn-Khallic. n. 671; itemque Tab.-l-Hoffādh 18, 18, ubi ratio istius cognominis sic explicatur: ونقطة جارئة جد ابيه.

[Qui hic nomine ابن مسدى (in Cod. nullae vocales sunt additae) appellatus est, fortasse pro eodem est habendus, quem Dhāhabius in المشتهى plenius محمد بن عبد الله المشتهى ابو عبد الله المشتهى dixit. En locum, in v. المشتهى oblatum: المشتهى المشتهى

صاحبنا له مجموع في أربع مجلدات وحقيدته أبو الفرج عبد الرحمن بن الميقي وآخرون
وبالتخفيف والسكون أبو اسحق إبراهيم بن عبد الله بن حمدان المسدي الأسترابادي عن
مستبح بن حاتم وغيره وفي الأسماء الكافظ أبو عبد الله محمد بن يوسف بن مسدي
الأندلسي المجاور بمكة له توالييف مفيدة مات بعد الستين وستمئة وفتحتين أبو عبد الله
[H. E. W.] محمد بن الفضل المسدي الأسترابادي عن أبي كريب وغيره

De Dhahabio vid. ann. ad n. 4. In ejus verbis, in textu citatis, quid significet vocabulum الاتحاد, non certo affirmare audeo: fortasse tamen, cum proprie valeat: *inter se unitum, unum factum esse*, hic spectatur illa poetarum licentia, ut duos unius distichi versus inter se sic uniant, ut idem vocabulum prioris versus finem et posterioris initium constituat: quod si in uno carmine saepissime fit, non pulchrum habetur. Posset vero etiam id vitium indicari, ut gratiae variationis expertia, ad unam eandemque semper speciem poemata sint composita.

De anno mortis nostri cum Sojütio consentiunt Hädji-Khalifa, ut jam dictum est, uno saltem loco, et Cod. 374.

Ad N. 336.

Nomen relativum *Nasafz* unde ductum sit, vid. in ann. ad n. 82. — Tarräd iste, qui hic occurrit, videtur esse idem ac Tarräd az-Zainabi, qui in n. 23 citatus, saltem in eadem cadit aetatem (conf. n. 103). Ibno-l-Batir nobis jam occurrit supra in n. 108, ubi conf. annotatio:

De Ibno-l-Khasshäbo vid. pauca apud Herbelot. in v. *Khasschab*, et ejus vita apud Ibn-Khallic. n. 357 (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. fv). — De Ibno-n-Naddjäro vid. ann. ad n. 3.

Ad N. 337.

Plura de hoc nusquam reperi. [Ut constet, hic bene in Cod. legi مَثْوِيَّة, locum in Dhahabii المشتبه, in v. مَثْوِيَّة, oblatum, utpote animadversione dignissimum et inter alia etiam illud nomen exhibens, totum describam: مَثْوِيَّة اِبْرَاهِيمُ بْنُ مُحَمَّدِ بْنِ مَثْوِيَّةِ
الاصبهانى شيخ لابن المقرئ وولده مفتي اصبهان وامام الجامع محمد بن ابراهيم شيخ لابن
مردويه وعلی بن محمد بن حسين بن مَثْوِيَّة عن ابراهيم بن سعدويه وابو الحسن على

ابن أحمد بن محمد بن علي بن متويه النيسابوري الواحدى المفسر واخوه عبد الرحمن
 واحمد بن محمد بن متويه المرزى بن كالموسع ابن تظيف (credo scribendum esse تظيف)
 والحسين بن محمد بن الحسن بن متويه ابو علي الكافظ عن ابن المقرئ وآخرين وبالنون
 محمود بن محمد بن متويه الواسطى عن وهب بن بقیة وطبقته وقد قلبه ابو الطاهر الدهلى
 فقال محمد بن محمود بن متويه وكذا اخطأ فيه ابن مأكولا فسماه محمد بن محمد ومتويه
 من أجداد ابى سعد الادريسى الكافظ وببيتين طاهر بن علي بن محمد بن متويه عن
 ابن منده وعنه سعيد بن ابى الرجاء وينون محررة منوية زوجة ابى الحسين عبد الحقف
 حدث عنها الشيخ الموفق [H. E. W.]

Ad N. 118.

De nostri nomine relativo التوقانى vid. ann. ad n. 35, in p. 78. Fuit hic vir sine dubio
 unus e primis Professoribus in Academia illa Bagdadensi, quam mater Khalifae an-Nāsiri
 condidisse hic legitur (de qua in Wüstenf. libro nulla mentio facta est): nam Khalifa
 ille regnavit ab anno 575 — 622.

De ejus doctore Mohammade ibn-Jahja vid. ann. ad n. 3. — Pro vocabulo الجدل, ut
 editum est in textu, praenuntia الجدل (dialectica). Male enim Sacyus in *Anth. Gr. Ar.*,
 p. 473, hoc vocabulum pronuntiat Djédel, quasi etiam littera د vocalem haberet.

Ad N. 119.

Hujus viri vita delineata est ab Ibn-Khallicāne n. 611 (edit. Wüstenf. Fasc. VI. p. 113^v).
 Conf. Herbelot. in v. *Razi*.

Ex vitā igitur ejus apud Ibn-Khall., in quā etiam de patre ejus plus semel tanquam
 doctore ejus in disciplinā Fundamentorum Theologiae (الاصول) et placitorum sectae Shā-
 fiiticae (المذهب) fit mentio, apparet huic nomen fuisse *Dhijāoddini Omaris* (conf.
 Wüstenf. l. l. p. 113^v vs. 2), dum ex cognomine filii ejus (ابن الخطيب) apparet, eum
 concionatorem sacrum fuisse.

Verba paullo post in textu sequentia, وكان من تلامذة محبى السنة البغوى, pertinent
 ad patrem nostri, cum Bagavius jam obiisset diem supremum anno 516, diu antequam

noster natus esset. Vid. ejus vita, quae exstat supra, n. 35. — E verbis quae sequuntur, *شهرته* — *فريد* — *وحده* tantum Ibn-Khallicānis sunt, et exstant in initio vitae ejus; et reliqua rursus sunt Sojūtī.

Memoratur nostri *Commentarius magnus* ab Hādji-Khalifā, ex quo patet proprium ejus nomen fuisse *مفاتيح الغيب*, *claves arcani*. Exstat in Bibl. Lugd. Batavā (conf. ejus Cat. n. 87), et in Bibl. Bodlejanā (conf. ejus Cat. ab Urto confecti n. 5, 12, 14, 26). — Videamus quaenam post ejus mentionem factam addiderit Hādji-Khalifa, quae simul continent causam, quae auctorem impulerit ad illud opus conscribendum. Dabq̄ textum quem Cod. L. praebet, quum varians lectio, in textu Cod. O. obvia, nullius momenti sit, saltem quod ad sensum attinet. Haec dicit Hādji-Khalifa: *أوله الحمد لله الذي وفقنا لآداء أفضل الطاعات الخ (ثم* adde ex Cod. O. *قال اعلم انه مر صدر* Cod. O.) *على لسانى فى بعض الاوقات ان صورة المفاتيح يمكن ان يستنبط من فوائدها وتناسبها عشرة الاف مسألة فاستبعد هذا بعض الحساد فشرعت فى تصنيف هذا الكتاب فقدمت مقدمة* *لاف مسئلة فاستبعد هذا بعض الحساد فشرعت فى تصنيف هذا الكتاب فقدمت مقدمة* *لتصير كالتنبيه على ان ما ذكرناه امر ممكن الحصول الخ* i. e. *Initium ejus est: « Laus sit Deo qui res ita ordinavit ut nos (quippe Islamismo beati) praestare possimus obedientiam excellentissimam,» etc. Dein dixit « Sotto, antea tempore quodam a me dictum esse, elici posse ex utilitatibus, quae primo Korāni capite contineantur, et ex parallelis, quae ei cum aliis Korāni locis intercedat, decem millia quaestionum. Longe autem illud a veritate abesse contendentibus nonnullis, qui mihi inviderent, incepti conscribere hocce opus, et praemisi praefationem, quae sit tanquam commonefactio, rem quam diximus esse possibilem,» etc.*

Caetera hic in textu nostro tributa opera ab Hādji-Khalifā suo quisque loco commemorantur.

De Zamakhschario vid. infra n. 127, qui ejus vitam continet; de Gazzāko vid. ann. ad n. 79; et de Abū-l-Alāo al-Ma'arri vid. Ibn-Khallic. n. 46. Ejus nomen relativum *المعري* refertur ad *معرفة النعمان مدينة بالشام* (teste Lobbo-l-Lobāb).

Annus mortis nostri, in Cod. omissus, ab Hādji-Khalifā fere constanter fuisse dicitur a. 606, assentiētibz Ibn-Khallic. et Cod. 374.

Ad N. 120.

De nomine relativo *Forāwz* vid. ann. ad n. 3. — De Abū-l-Kāsimō ibn-Firro vid. ann. ad n. 78.

Vocabulum مُتَجَرِّدٌ hīc eundem sensum habet atque مُتَجَرِّدٌ, nempe: *diligenter se applicans, strenue operam dans* ei disciplinae: proprie *nudatus, corpus nudum habens*: sicut etiam تَجَرَّدَ, *se nudavit*, significat *se accinxit* ad rem obeundam.

De celeberrimo Sibawaiho ejusque opere grammatico, κατ' ἐξοχὴν الكتاب dicto, vid. Herbelot. et Ibn-Khallic. n. 515 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. 11v).

De az-Zacīo al-Mondhiri vid. Herbelot. in v. *Mondheri*, et Tab.-l-Hoffādh 18, 24. Obiit anno 656, non, ut Herbelot. habet, a. 636.

Nomen relativum الى قُوصٍ بلد بصعيد مصر refertur القُوصِيّ (teste Lobbo-l-Lobāb).

Ad N. 121.

